







SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE,

EXHIBENS

OLYMPIONICARUM FASTOS,

QUOD

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

A. KUENEN,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. ET THEOL. DOCT. ET IN FAC. THEOL. PROF. ORD.,

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE
ET LITTERARUM HUMANIORUM DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITTERARUM
HUMANIORUM DISCIPLINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO AC SOLEMNI EXAMINI SUBMITTET

IOHANNES RUTGERS,

EX PAGO BREEDE GRONINGANUS,

DIE XX M. IANUARII A. MDCCCLXII, HORA II—III,

IN AUDITORIO MAIORI.

LUGDUNI-BATAVORUM,
APUD E. J. BRILL,
Academiae Typographum.

SEXTI IULII AFRICANI

ΟΛΥΜΠΙΑΔΩΝ ΑΝΑΓΡΑΦΗ

ADIECTIS CETERIS QUAE EX

OLYMPIONICARUM FASTIS

SUPERSUNT.

... delubrum Iovis Olympii ludorum claritate fastos Graeciae complexum.

PLINIUS.

RECENSUIT,

COMMENTARIO CRITICO

ET

INDICE OLYMPIONICARUM

INSTRUXIT

I. RUTGERS.

LUGDUNI-BATAVORUM,

apud E. J. BRILL.

MDCCCLXII.

VIRO CLARISSIMO

ANTONIO RUTGERS,

PATRI OPTIMO CARISSIMO.







Solent fere, quibus contingit Academiam Lugduno-Batavam sedem ac magistram habere studiorum, decurso curriculo Academico quantum Almae Matri debeant publice profiteri. Et mihi profecto propitia fuit, cui non tantum per duo fere lustra clarissimos viros audire licuit et dulci commilitonum commercio conformari, sed, quod longe maximum est, Tua quotidiana consuetudine frui, carissime Pater; qui, ut olim pueri ingenium colebas et ad litterarum amorem incitabas, ita adolescentis numquam desiisti studia prudentibus adiuvare consiliis omnique subsidio ornare. Verum neque haec, neque cetera patrii amoris documenta innumerabilia verbis aequare valeo; quo magis factis probare conabor quid sentiat in pectore animus, atque hoc maxime contendam, quod etiamsi adsecutus non fuero vel contendisse decorum erit, ut antiqua gentis nostrae in litteris laude, a Te confirmata et aucta, dignus aliquando reperiar.

Tibi quoque, clarissime Cobet, *qui talis mihi studiorum dux exstitisti — et, si mea vota valebunt, diu eris —, ut cui plura debeam post Patrem habeam neminem; Tibi, clarissime*

Bake, quem admiramur, quotquot Te audivimus, quotquot Te cognovimus, amamus et veremur; Tibi, clarissime Hulleman, qui quantopere et doctrinae Tuae copia et insigni benevolentia litterarum studiosis prodesse studeas, scio expertus; Vobis denique omnibus, viri clarissimi, quos sive in litterarum disciplina sive in aliis praeceptores habui, debitam Vobis gratiam factis referre malo quam agere verbis. Plerique Vestrum non minus comes se amicos mihi quam doctos praebuere magistros; quos ut eundem erga me animum, dum merebor, conservare velint, etiam atque etiam rogo.

Vos, optimi commilitones, quibuscum vitam Academicam studiis et amicitiae dicabam, sit Vobis vita felix et fidelis memoria mei, Vestrum numquam oblituri.

PROLEGOMENA.

CAPUT PRIUS.

DE SEX. IULII AFRICANI Ὀλυμπιάδων ἀναγραφῇ EIUSQUE EDENDAE SUBSIDIIS CRITICIS.

Solebant olim victorum in ludis Olympicis nomina non tantum praeconis voce pronuntiari et famae praeconio per omnem Graeciam circumferri, sed etiam publicae memoriae conservandae causa publicis litteris ab Hellanodicis[1] consignari[2]. Continebantur his monumentis Olympionicarum inde a Coroebo nomina[3], perpetua serie continuata[4].

---

[1] Pausanias VI. VIII. 1 de Euanorida Eleo Olympionica: γενόμενος δ' Ἑλλανοδίκης ἔγραψε καὶ οὗτος τὰ ὀνόματα ἐν Ὀλυμπίᾳ τῶν νενικηκότων.

[2] Haec sunt ad quae Pausanias provocare solet τὰ Ἠλείων ἐς τοὺς Ὀλυμπιονίκας γράμματα. Vid. III. XXI. 1. V. XXI. 9. VI. II. 3. XIII. 10.

[3] Aristodemus et Polybius apud Eusebium loco infra indicato p. 3 nota 2. Eusebii verba haec sunt: ἱστοροῦσι δ' οἱ περὶ Ἀριστόδημον τὸν Ἠλεῖον, ὡς ἀπ' εἰκοστῆς καὶ ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος ἤρξαντο οἱ ἀθληταὶ ἀναγράφεσθαι, ὅσοι δηλαδὴ νικηφόροι· πρὸ τοῦ γὰρ οὐδεὶς ἀνεγράφη, ἀμελησάντων τῶν πρότερον. τῇ δ' εἰκοστῇ ὀγδόῃ τὸ στάδιον νικῶν Κόροιβος Ἠλεῖος ἀνεγράφη πρῶτος· καὶ ἡ Ὀλυμπιὰς αὕτη πρώτη ἐτάχθη, ἀφ' ἧς Ἕλληνες ἀριθμοῦσι τοὺς χρόνους. τὰ δ' αὐτὰ τῷ Ἀριστοδήμῳ καὶ Πολύβιος ἱστορεῖ.

[4] Pausanias V. VIII. 6: ἐξ οὗ τὸ συνεχὲς ταῖς μνήμαις ἐπὶ ταῖς Ὀλυμπιάσιν ἐστί, δρόμου μὲν ἆθλα ἐτέθη πρῶτον, καὶ Ἠλεῖος Κόροιβος ἐνίκα.

Quaesitum est, sintne a Coroebi inde tempore victorum nomina continua serie

Ex illis Olympionicarum fastis complures olim compositae sunt *ἀναγραφαί*, quae tamen omnes perierunt praeter unam. Una superest *Ὀλυμπιάδων ἀναγραφή*, quam servavit in chronico suo Eusebius. Nec tamen Eusebium auctorem habet, sed Sex. Iulium Africanum[1]. Ut enim alia multa ex Africani chronicis ad verbum descripsit Eusebius[2], ita hanc quoque Olympiadum recensionem. Recensentur enim Olympiades non usque ad Eusebii aetatem, sed usque ad ipsum tempus quo chronica sua scripsit Africanus[3].

---

componi coepta, an forte multis demum Olympiadibus postea; utque illud veri parum simile, ita minime absona mihi videtur K. O. Mülleri opinio (Geschichte Hellenischer Stämme und Städte, II. 1 p. 130): «Ursprünglich waren sie wohl auf einzelne Säulen geschrieben, dann aber unter Aufsicht der Hellanodiken gesammelt worden." Quis nomina illa collegerit et disposuerit, non traditur; nisi forte huc referenda sunt Pausaniae verba VI. vi. 3, ubi de Paraballonte Eleo Olympionica: *ὑπελείπετο δὲ καὶ ἐς τοὺς ἔπειτα φιλοτιμίαν* (sic coniecit Facius; codices *φιλοτιμία*), *τῶν νικηφοράντων Ὀλυμπίασι τὰ ὀνόματα ἀναγράψας ἐν τῷ γυμνασίῳ τῷ ἐν Ὀλυμπίᾳ*. Paraballon quando vixerit ignoratur; certe ante saec. V vixisse vix potest.

1 Floruit in Palaestina, imperante Elagabalo (218—222). Eusebius *Chron.* ad annum 222: *Παλαιστίνης Νικόπολις, ἡ πρότερον Ἐμμαοῦς, ἐκτίσθη πόλις, πρεσβεύοντος ὑπὲρ αὐτῆς καὶ προϊσταμένου Ἰουλίου Ἀφρικανοῦ τοῦ τὰ χρονικὰ συγγραψαμένου.* Leguntur haec verba in *Chron. Pasch.* p. 267 D, sed ex Eusebio descripta esse demonstrat uterque chronici Eusebiani interpres, Latinus (p. 173 Scaligeri) et Armenius (P. II p. 297 Aucheri, 390 Maii). Hieronymus *de viris illustr.* LXIII: *Iulius Africanus, cuius quinque de temporibus extant volumina, sub imperatore M. Aurelio Antonino, qui Macrino successerat, legationem pro instauratione urbis Emmaus suscepit, quae postea Nicopolis appellata est.* Syncellus p. 359 B instauratam Emmauntem tradit ab Alexandro Mammaeae filio.

Plura de Africano eiusque scriptis dabunt Fabricius, Biblioth. Graec. (cur. Harles), IV p. 240 sqq., et Cave, Script. Eccles. Hist. Liter. (1741), I p. 110 sqq.

2 De Eusebii chronico magnam partem ex Africano descripto vid. Scaliger in Prolegomenis et notis ad suam Eusebiani chronici editionem.

3 Africanus enim teste Syncello p. 107 D opus suum chronologicum perduxit usque ad Antonini (Elagabali) tempora. Sed accuratissime definit ipse Africanus apud Syncellum, cuius p. 212 B verba haec sunt: *καθ' ὃν* (i. e. *κατὰ Φίλινον ἄρχοντα*) *ὑπάτευον Γράτος Σαβινιανὸς Ῥωμαίων καὶ Σέλευκος ἀπὸ τῶν περὶ Βρούττον μετὰ τοὺς βασιλεῖς ὑπατευσάντων ψκε' καταριθμούμενοι ἐπὶ τὸ ,εψκγ' ἔτος τοῦ κόσμου κατὰ τὸν Ἀφρικανόν, ὅπερ ἦν Ἀντωνίνου, τοῦ καὶ Αὐγίτου (Ἀυίτου), Ῥωμαίων βασιλέως ἔτος γ'.* Scripsit igitur haec Africanus Grato et Seleuco coss., i. e. anno mundi ex Africani calculis 5723, cuius anni mense

Rationi consentaneum est Africanum antiquiorem quandam ἀναγραφήν sive integram sive carptim descripsisse et ad suam aetatem continuasse. Neque difficilis est coniectura de antiquioris illius ἀναγραφῆς patria. Etiamsi nullum inesset eius rei indicium, dubitari tamen vix posse existimo, quin philologis *Alexandrinis* eam Africanus debuerit. Alexandria enim proximis ante et post Chr. saeculis praecipua fuit eruditionis et litterarum Graecarum sedes; ibi et ceterae artes liberales magno studio colebantur, et haec quae imperiis metas et rebus tempora ponit. Quum igitur constet Eratosthenem[1], doctissimum philologum Alexandrinum, qui et ceteris disciplinis et chronologiae magnam operam dedit, recensionem edidisse Olympionicarum[2], suspiceris Eratosthenis ἀναγραφήν, a philologis Alexandrinis continuatam, tandem ab Africano chronicis suis sic esse insertam uti nunc eam possidemus. Neque est haec mera suspicio. Suam ipsa ἀναγραφή patriam et generis auctorem prodit. Alexandrinam originem arguunt ea quae leguntur sub Olymp. CXIV: Ἀλέξανδρος ἐτελεύτησεν · μεθ' ὃν εἰς πολλοὺς διαιρεθείσης τῆς ἀρχῆς, Αἰγύπτου καὶ Ἀλεξανδρείας ἐβασίλευσε Πτολεμαῖος. Et in paucis fragmentis quae ex Eratosthenis *Olympionicis* supersunt, unum est quod iisdem paene verbis

Iunio exeunte aut Iulio ineunte (nam celebrabantur ludi Olympici primo plenilunio post solstitium) acta est Olympias CCL; scripsit anno tertio Elagabali, cuius annus quartus incipit VI Id. Iun. coss. Grato et Seleuco (Clinton, Fasti Romani, I p. 232); ergo scripsit exeunte Olympiadis CCXLIX anno quarto.

1 Natus est Cyrenis Olymp. CXXVI. Athenis Alexandriam venit vocatus a Ptolemaeo Euergete, ergo post Olymp. CXXXIII, 2. Bibliothecae Alexandrinae praefuit Olymp. CXXXIX et proxime praecedentibus sequentibusque; nec tamen usque ad mortem, quam Olymp. CXLVI sibi conscivit. Vid. Ritschl, die Alexandrinischen Bibliotheken cet., p. 75 sqq.

2 Eratosthenis recensioni titulus erat *Ὀλυμπιονῖκαι*. Diogenes Laertius VIII. II. 1 (51): *λέγει Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς Ὀλυμπιονίκαις*. Athenaeus IV. 39 p. 154 Casauboni: *Ἐρατοσθένης ἐν πρώτῳ Ὀλυμπιονικῶν*. Continebat, praeter ea quae in Africani ἀναγραφῇ superesse videntur, ceteros quoque Olympionicas (vid. fragmenta laudata ad Olymp. LXXI p. 30 nota 4 et ad Olymp. LXXIX p. 44 nota 1) et alia. Ante Eratosthenem *Ὀλυμπιονίκας* vulgaverat Aristoteles, testibus Diogene Laertio V. I. 12 (26) et libello adespoto *de Aristot. vita atq. script.* (p. 14 Westermanni in append. ad Diog. Laert. ed. Didot.); eum Eratosthenes, certo ex parte, secutus est; Diogenes Laertius VIII. II. 1 (51): *λέγει Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς Ὀλυμπιονίκαις . μάρτυρι χρώμενος Ἀριστοτέλει.*

legitur in Africani ἀναγραφῇ[1], in brevius quidem contractum, sed sic ut de Eratosthenica illius loci origene dubitari vix possit. Aliud, licet tenue, indicium est in anno urbis conditae, in quo Africani ἀναγραφή cum Eratosthenis calculis conspirat[2].

Expositis quae de recensionis origine comperta mihi sunt, reddam nunc rationes de subsidiis criticis, quibus in edenda Africani ἀναγραφῇ usus sum. Ea duo fuere numero: codex Parisinus et interpretatio Armeniaca.

Codex Parisinus.

Chronici Eusebiani pars, ab Eclogario anonymo descripta, Graece superest in codice qui servatur in Imperiali (Regia) Parisiorum Bibliotheca, numerisque olim signatus fuit 1082, 1296[3], et 3244, hodie est 2600. Eclogarius ille Parisinus et alia quaedam Eusebii capita, et hoc quoque servavit, quod Olympiadum recensionem continet. Ex huius codicis apographo, quod a Casaubono acceperat, primus Iosephus Scaliger fragmenta Eusebiana vulgavit[4]. Iterum eadem, una cum iis quae aliunde depromsit Eclogarius, edidit J. A. Cramer[5]. Crameri editio fidelissima habetur[6], propter haec Editoris verba: *cum ea parum fideliter expressisse visus est Scaliger, haud ingratum fore reputavi viris antiquorum monumento-*

---

[1] Sub Olymp. XLVIII, ad quem locum descripsi Eratosthenis verba uti exstant apud Diogenem Laertium.

[2] Secundum Eratosthenis chronographiam Roma condita est Olymp. VII (Dionysius Halicarnassensis I. 74 p. 188 Reiskii; Solinus II). Africanus sub Olymp. VII: *Ῥώμυλος Ῥώμην ἔκτισεν.*

[3] Göller, de situ et orig. Syracus., p. 200, varias Olympionicarum ἀναγραφάς enumerans: *Anonymi chronologiom veterem cum Catalogo Olympiadum et Olympionicarum servat Bibl. Reg. Parisin. nr.* MCCXCVI. Et paullo post: *Iulius Africanus σταδιονικῶν elenchum fecit*, cet., quasi haec diversa sint. Non ipsius Gölleri error est, sed Ionsii, de scriptor. histor. philos. IV p. 266, cuius verba imprudenter Göllerus descripsit, ne hoc quidem cogitans, mutatos post Ionsii aetatem fuisse codicum in Bibliotheca Parisina numeros.

[4] In sua Eusebiani Chronici editione. Utor Eusebii Scaligeriani editione altera, quae prodiit Amstelodami, 1658. *Ὀλυμπιάδων ἀναγραφή* in hac editione legitur p. 39 sqq.

[5] In Anecdotorum Graecorum Parisiensium volumine II, Oxonii 1839. *Ὀλυμπιάδων ἀναγραφή* legitur p. 142 sqq.

[6] E. c. ab Evaldo Scheibel, in sua operis Scaligeriani, cui titulus *Ὀλυμπιάδων ἀναγραφή*, editione, Berolini 1852.

rum studiosis, si ea insignia Eusebii fragmenta iterum vulgarentur quam fidelissime iuxta codicem. Quae fides cum suspecta mihi esset, eam partem codicis, quae mea intererat, ipse excussi. Comperi Crameri verba illa partim vera esse, partim falsa; Olympionicarum recensionem in Scaligeri editione revera non satis fideliter esse expressam[1] (quod tamen non Scaligero imputandum est, utpote qui ipse codicem non vidit); Cramerum autem negligenter et imperite codicem descripsisse et edidisse[2]. Missa igitur utraque

---

[1] Nec tamen tam indiligenter quam Cramero visum est. Hic enim, ubicunque Scaligeri editio a sua differt, Scaligerianam negligentia a codicis scriptora recedero existimavit; quom tamen multis locis aut id quod Sculiger dedit in codice legator (exempla vid. in notu sq.), aut tacita correctio sit manifesti cuiusdam vitii. His igitur locis peccavit Cramer, sive suo Marte sive cum codice; sed aliis quibusdam vitiosum fuit Casaubonianum illud, quo Scaliger usus est, apographum, in quo e. c. Olymp. CLXXXVII pro *'Αρίϛων Θούριος* legebatur *Σώπατρος 'Αργεῖος*, et Olymp. CLXXXVIII stadionica deficiebat.

[2] Quooiam, ut dixi, Crameri editio vulgo creditur quam fidelissime ipsum codicem exhibere, exemplis quibosdam meum de eius fide iudicium adstruam. Primum osteudam quale sit Crameri illud *quam fidelissime iuxta codicem.* Solet librarius codicis Parisini in initio cuiusque versus scribere numerum Olympiadis et nomen stadionicae, deinde iu fine versus vocem *ϛάδιον*, intermisso spatio vacuo modo maiori modo minori. Igitur scripserat:

'Εκατοϛὴ νζ' Λεωνίδας τὸ τέταρτον *ϛάδιον.*

Deinde additurus *μόνος δὲ καὶ πρῶτος ἐπὶ τέσσαρας 'Ολυμπιάδας ϛεφάνους 'Ολυμπιακοὺς ἔχει δώδεκα*, chartae parcens spatio vacuo quod inter *τέταρτον* et *ϛάδιον* supererat ita usus est, ut in eo scriberet verba *μόνος δὲ καὶ πρῶτος*, reliqua in versu seqoenti. Cramerus, quam fidelissime iuxta codicem scilicet, dedit haec:

'Εκατοϛὴ νζ' Λεωνίδας τὸ τέταρτον · μόνος δὲ καὶ πρῶτος ϛάδιον.

'Επὶ τέσσαρας 'Ολυμπιάδας ϛεφάνους 'Ολυμπιακοὺς ἔχει δώδεκα.

Similiter et aliis locis peccavit, coeca fide codicem secotus.

Revera fideliter Cramer p. 141, 20 ductus exprimi curavit vocis *πρότερον* compendiose scriptae[1], cuius tamen fidelitatis caosa haec fuisse videtur, quod compendium illud non intellexit; nam quamquam aliquot volumioa anecdotorum edidit, non felix est io explicandis usitatissimis scripturae compendiis; p. 141, 25, ubi in codice exaratae sunt literae *νικ* cum compendio syllabae *αι* et circumflexo, edidit *νικῆς*, non sine magno detrimento sententiae, et aduotavit (oam dis-

---

[1] Perperam tamen dedit *τὸν πρότερον;* in codice recte legitur *τῶν πρότερον.* Typothetae imputo quod falso ad vocem *πρότερον* adnotatur: *sic bis in codice*; aduotandum hoc erat in vicinia ad vocem *νικήφοροι*, quae bis in codice legitur.

editione ipsum codicem secutus sum; a quo ubi discessi lectiones eius adnotavi, exceptis nullius usus quisquiliis, ut Ταυρομενίτης, Συῤῥακούσιος, Μιτυληναῖος et similibus[1].

Interpretatio Armeniaca.

Saeculo XVIII exeunte Hierosolymis repertus, Constantinopolin delatus, ibique in Bibliothecam Patriarchalis Armeniorum Seminarii conditus est vetus codex Armeniacam chronici Eusebiani interpretationem continens. Huius codicis apographum Venetias pervenit

---

crepantes Scaligeri lectiones sedulo in calce adiecit) «νικῶν Scal.;" p. 143, 27 edidit μονομαχῶ, quasi haec forma Graeca esset; adnotavit de more «μονομαχῶν Scal;" codex exhibet μονομαχ cum compendio syllabae ων et circumflexo.

Haud ingratum fore reputavit Cramerus viris antiquorum monumentorum studiosis, si manifesta quoque et solennia librariorum vitia quam fidelissime iuxta codicem exprimeret. Hinc e. c. per eum p. 143 innotuit in codice non Πισαῖοι, Συρακούσιος, ἐξεμίτρησε, Πολυνείκης, scriptum esse, quod parum fideliter dederat Scaliger, sed Πισσαῖοι, Συῤῥακούσιος, ἐξεμίτριοε, Πολυνίκης, aliaque eiusdem farinae. Sunt forte quibus hoc non ingratum; ceteri, credo, aequo animo ferimus, dummodo fideliter codicis lectiones exprimantur. Cramerus autem in hac re *parum fideliter* versatus est. Primum enim sibi non constitit, quum e. c. p. 149, 14 sq. Συρακούσιος et Κυζικηνός edidit, ubi in codice est Συῤῥακούσιος et Κιζικηνός, aliaque similia in quibus unum est quod curamus, p. 145, 11 non Εὔανδρος scriptum esse in codice, sed Ἔνανδρος, ex Μίνανδρος corruptum. Deinde haud pauca huius generis non ex codice protulit, sed finxit ipse. Falsum est quod p. 141, 14 ad vocem ἐκετίλεσε notavit: «ἐπετέλησε Cod.;" recte codex ἐκετέλεσε. Edidit p. 141, 20 Κοίροβος, cum solita adnotatione «Κόροιβος Scal.;" non sic peccare solent librarii neque hoc loco sic peccatum est; pro Κόροιβος saepe Κόρυβος scriptum videbis, vix unquam, opinor, Κοίροβος. A Cramero p. 142, 28 fictum est nomen nihili Πεντακλῆς; in codice recte legitur Παντακλῆς, quod olim dedit Scaliger. Edidit p. 143, 21 αὐτοῦ et adnotavit «ἑαυτοῦ Scal.;" ἑαυτοῦ non est Scaligeri emendatio, nam sine mendo legitur in codice. Non Codicis lectionem protulit sed suam hallucinationem Cramerus p. 147, 24 ubi dedit ἄλειπτος; codex ἄληπτος, quod dedit Scaliger. Paullo post cum codice Scaliger ἀτραυμάτιστος, Cramer (p. 148, 13) ἀτρυμάτιστος de suo. Portento hominis portentum nominis dedit Cramer p. 153, 3 Κόμονδρος; codex Κόμονδος, Scaliger Κόμοδος, sic enim Commodi nomen in codicibus scribi solet. Nec minus bellum nomen est Προσιδάμας, quod finxit Cramer p. 153, 17; cum codice Scaliger Τρωσιδάμας.

Plura eiusdem generis premo, nam sunt haec maximam partem eiusmodi ut neminem fallant. Quaedam tamen specimina dedi quibus constet quo iure Cramer suae editionis fidem prae Scaligerianae extollat.

[1] Sunt forte in iis quoque lectionibus quas adnotavi, quae abiici debebant. Sed praestat in hanc partem peccasse quam in alteram.

ad Io. Bapt. Aucherum, monachum Armenium; qui quum postea Constantinopoli ipsum codicem multum et diu versasset, tandem anno 1818 hanc Armeniacam interpretationem vulgavit cum translatione Latina fideliter magis quam eleganter verbum verbo exprimenti[1].

Prodierat paullo antea, eodem tamen anno, alia huius interpretationis Armeniacae versio Latina, non ex ipso codice, sed ex apographo quodam elaborata per Angelum Maium interprete Iohanne Zohrabo[2]. Repetiit hanc editionem Maius anno 1833[3].

Fuit interpres ille Armenius Graecae linguae parum peritus. Sed quoniam Graeca fideliter exprimere studuit, non raro huius interpretationis ope emendare licuit codicem Parisinum, eiusque lacunas explere. Lectiones eius notatu non plane indignas sedulo enotavi.

Ad restituendam Africani manum aliarum quoque ἀντιγράφων reliquiis usus sum, a Diodoro Siculo, Dionysio Halicarnasensi, aliisque, servatis. Horum quoque discrepantes lectiones non utique spernendas quam potui accuratissime exhibui.

---

[1] Eusebii Pamphili Chronicon bipartitum, opera P. Io. Baptistae Aucher. Venetiis 1818.

Prodiit duplici forma, in quarto et in folio, quarum secunda (verba sunt Aucheri in Praefatione) magis expurgata fuit ab erroribus typographi. Utor editione in quarto, in qua Ὀλυμπιάδων ἀναγραφή legitur P. I p. 282 sqq.

[2] Eusebii Pamphili Chronicorum Canonum libri duo. Angelus Maius et Johannes Zohrabus latinitate donatum ediderunt. Mediolani 1818. Legitur Ὀλυμπιάδων ἀναγραφή p. 142 sqq.

[3] In Scriptorum Veterum nova Collectione, tomo VIII. Romae 1833. Ὀλυμπιάδων ἀναγραφή legitur p. 145 sqq. (Chronici Eusebiani librum II Maius in hac editione non exhibuit secundum Armeniacam interpretationem, sed secundum Latinam Hieronymi).

In Olympionicarum recensione neque Mediolanensis editio, neque Romana, accuratissime lectiones interpretis Armenii exhibent. In Romana quaedam ex Aucheri editione emendata sunt, sed contra nova quaedam commissa.

CAPUT ALTERUM.

DE CETERIS FASTORUM OLYMPICORUM RELIQUIIS.

Africani *ἀναγραφῇ* adieci cetera quae ex Olympionicarum fastis aetatem tulerunt. Qua in re fontibus usus sum duplicis potissimum generis. Primum enim multa ex ipsis Eleorum monumentis, sive recta via, sive per ambages, ad nos pervenerunt; deinde de quibusdam Olympionicis absque Eleorum tabulis aequalium testimonio constat. De utroque genere paucis videndum.

Aliquot afferuntur Olympionicae ex ipsis Eleorum fastis sine ambagibus petiti. Occurrunt hi apud Pausaniam, qui ipse Eleorum tabulas exploravit et in rebus dubiis ad eas provocare solet [1]. Sed longe plura ex Olympionicarum fastis aetatem tulerunt per *ἀναγραφάς* olim ex illis descriptas. Nam licet harum recensionum praeter Africani hanc, quam tenes, nulla integra supersit, et pauca tantum fragmenta ex Aristotelis, Eratosthenis [2], Agriopae [3], Phlegontis [4], Dexippi [5] recensionibus

---

[1] Cf. supra p. I, nota 2.

[2] De Aristotelis et Eratosthenis *ἀναγραφαῖς* dixi p. III nota 2.

[3] Agriopan quendam *'Ολυμπιονίκας* edidisse testatur Plinius VIII. XXII. 34. § 82 et libro I in indice auctorum externorum libro VIII adhibitorum. Continebat haec *ἀναγραφή* non stadionicas tantum, sed ceteros quoque victores. Unicum eius fragmentum vid. p. 118.

[4] Phlegon Trallianus, Hadriani libertus, scripsit *'Ολυμπιονικῶν καὶ χρονικῶν συναγωγήν* libris XVI, quae continebat Olympionicas (exceptis iis qui *σαλπιγκτήν* aut *κήρυκα* vicerunt) ab Olymp. I ad Olymp. CCXXIX, adiecta singulis Olympiadibus brevi rerum gestarum enarratione. Qualis fuerit haec *συναγωγή* (de qua egit Westermann in Paradoxographis p. XXXVII sqq.) apparet ex insigni fragmento quod servavit Photius *Biblioth.* cod. XCVII. Cf. Olymp. II, VII, XXIII, XXVII, CLXXVII.

[5] P. Herennii Dexippi Atheniensis *χρονικὴ ἱστορία* (de qua vid. Niebuhr in Corp. Script. Hist. Byzant. I p. XIV sqq.) continebat stadionicas usque ad Olymp. CCLXII, i. e. usque ad suam aetatem. Cf. Olymp. CCLXII.

afferantur ipsorum nominibus insignita, permulta tamen sive ex eorum quos dixi, sive ex aliorum[1] anagraphis ad nos pervenerunt fonte non indicato. Diodorus Siculus v. c. et Dionysius Halicarnassensis non potuissent singulis Olympiadibus adscribere τὸν σταδιονίκην, nisi sibi ad manum fuisset Aristotelis aliave Olympionicarum recensio. Sic ceteri quoque scriptores, qui post Alexandrum vixere, ubi quem Olympiae vicisse tradunt, plerumque petiverunt ex ἀναγραφῇ quadam, quales complures in doctorum hominum manibus erant.

Alterum genus est eorum qui victorias Olympicas commemorant sua aetate reportatas. Ex Pindari carminibus e. c. constat de quibusdam victoriis Olympicis; hinc igitur certa conclusione efficitur quid in Eleorum tabulis scriptum fuerit. Pertinent huc et alii et Thucydides, qui bis Olympionicae nomine utitur ad designandam Olympiadem; constat de re ipsa: ergo constat etiam de verbis quibus ea res in Olympionicarum fastis fuit notata. Idem valet de ceteris scriptoribus sive ipsi testes sint, sive aequalium testimonia referant[2], et de veteribus *Epigrammatis* atque *Inscriptionibus*. Nam si cui ab Hellanodicis palma Olympica est decreta, non potest esse ulla dubitatio, quin victoria illa in fastos relata sit.

Undique igitur collectos[3] Olympionicas quantum fieri poterat suae quemque Olympiadi adsignavi, dubitationis signo apposito ubi

---

[1] Primus, sed negligenter, Olympionicarum recensionem edidisse fertur Hippias Eleus (Plut. Num. I). Praeter hunc unus ante Aristotelem de Olympionicis scripsisse traditur, Menaechmus (anon. de Arist. vita atque script. p. 14 Westermanni in append. ad Diog. Laert. ed. Didot). Porro Timaeus Tauromenita (Polyb. XII. xi. 1. Suid. v. Τίμαιος), Philochorus Atheniensis (Suid. v. Φιλόχορος) et Stesiclides Atheniensis (Diog. Laert. II. vi. 11 (56)).

[2] Vix opus est monere in his alia certissima esse, alia minus certa; non est quisquam a me monendus ut Suidae e. c. non eam fidem habeat quam Thucydidi. Ut igitur appareat quo fundamento singula nitantur ipsa testium verba ubique adscripsi.

[3] Veterum scriptorum loca, in quibus Olympici victores commemorantur magnam partem mihi indicarunt Ed. Corsinus (in Hieronicarum catalogo, quem addidit Dissertationibus IV agonisticis, Lipsiae 1752), Ev. Scheibel (in opere laudato p. IV nota 6) et Joh. Henr. Krause (in indice alphabetico Olympionicarum, quem adiecit operi cui titulus Olympia, oder Darstellung der grossen Olympischen Spiele cet., Wien 1838).

coniectura veri magis minusve simili hoc factum est. Ceteros singulis certaminibus victores appendix complectitur[1], index omnes.

---

[1] De ordine quo in ipsis ludis certamina habita sint, non constat. Neque dispicere potui ordinis quem Phlegon Trallianus secutus est, qui Olympiadis CLXXVII victores omnes, exceptis tantum tubicine et praecone, enumerat, rationem. Itaque hunc mihi ordinem constitui. Primum posui gymnica virorum certamine eo ordine quo adscita sunt: ϛάδιον, δίαυλον, δολιχόν, πάλην, πένταθλον, πυγμήν, παγκράτιον, ὁπλίτην. Sequuntur ϛάδιον παίδων, πάλη παίδων, πυγμὴ παίδων, παγκράτιον παίδων: hoc enim ordine adscita sunt gymnica puerorum certamina. Deinde certamina circensia, ad eandem normam disposita: τέθριππον, κέλης, (ἀπήνη, κάλπη,) συνωρίς, τέθριππον πωλικόν, συνωρὶς πωλική, κέλης πωλικός. Agmen claudunt σαλπιγκτής et κῆρυξ. Eundem ordinem secutus sum in ἀναγραφῇ, sicubi plures eadem Olympiade memorantur Olympionicae.

ΟΛΥΜΠΙΑΔΩΝ
ΑΝΑΓΡΑΦΗ.



Typis maioribus expressa est S. Iulii Africani Ὀλυμπιάδων ἀναγραφή. Cetera unde petita sint, adnotatum est ad singula.



Ἑλλήνων Ὀλυμπιάδες

ἀπὸ τῆς πρώτης ἐπὶ τὴν σμζʹ[1], καθ' ἣν Ῥωμαίων ἐβασίλευεν Ἀντωνῖνος υἱὸς Σεβήρου.

αʹ ol. I a. C. 776

Κόροιβος Ἠλεῖος ϛάδιον[2].
Τοῦτο γὰρ ἠγωνίζοντο μόνον ἐπ' Ὀλυμπιάδων ιγʹ[3].

ἐπ' Ὀλυμπιάδων ιγʹ] Sic legisse videtur int. Armen., qui vertit: *usque ad deci-*

[1] Sic. At continet haec recensio Olympiades *σμθʹ*. Videtur Africanus primum recensuisse Olympiades CCXLVII, postea recensionem suam duabus Olympiadibus auctam edidisse. Quae coniectura eo firmari videtur, quod usque ad Olympiadem CCXLVII adscripti sunt Romani Imperatores, duabus autem ultimis Olympiadibus omissi.

[2] Cum Africano, cuius idem testimonium vid. apud Syncellum p. 197 C, conspirant ceteri omnes. Callimachi, Aristodemi Elei et Polybii testimonia vid. apud Eusebium Chron. p. 39 Scaligeri, 141 Crameri, 281 Aucheri, 142 (in ed. 2ª 144) Maii, vel apud Syncellum, qui p. 196 totum hunc Eusebii locum descripsit. Porro consentiunt Strabo VIII. III. 30 p. 355 Casauboni, Pausanias V. VIII. 6, VIII. XXVI. 4, Phlegon Trallianus p. 136 Meursii, 205 Westermanni in Paradoxogr., Athenaeus IX. 28 p. 382 Casauboni, Eusebius *Chron.* p. 28 Scaligeri, 139 Crameri, 274 Aucheri, 137 (in ed. 2ª 139) Maii.

Ad hanc Olympiadem et sequentes usque ad XIIIᵃᵐ cf. quoque Philostratus *de Gymnast.* p. 20 Darembergii, 14 Mynae: *ἦν γὰρ τὰ πάλαι Ὀλύμπια εἰς τὴν τρίτην ἐπὶ δέκα Ὀλυμπιάδα ϛάδιον μόνον, καὶ ἐνίκων ἐν αὐτοῖς Ἠλεῖοι τρεῖς* (Olymp. I, II et V), *ἑπτὰ Μεσσήνιοι* (Olymp. III, IV, VII, VIII, IX, X et XI), *Κορίνθιος* (Olymp. XIII), *Δυμαῖος* (Olymp. VI), *Κλεωναῖος* (Olymp. XII), *ἄλλος ἄλλην Ὀλυμπιάδα.*

[3] Idem omnes unanimi consensu testantur. Praeter Philostratum l. l., vid. Pausanias IV. IV. 5, V. VIII. 6,

ol. II a. C. 772

β´

'Αντίμαχος 'Ηλεῖος ἐκ Δυσποντίου ϛάδιον[1].

'Ρῶμος καὶ 'Ρωμύλος ἐγεννήθησαν.

ol. III a. C. 768

γ´

"Ανδροκλος (Φίντα?) Μεσσήνιος ϛάδιον[2].

ol. IV a. C. 764

δ´

Πολυχάρης Μεσσήνιος ϛάδιον[3].

---

mam tertiam Olympiadem. Cod. Paris. *ἐπὶ 'Ολυμπιακῶν ἀγώνων.* *"Ανδροκλος]* VIII. xxvi. 4, Plutarchus *Sympos.* V. 2 p. 675 ed. Londin., Scholiasta Pindari ad Olymp. I. p. 44 Boeckhii.

Traditioni de variis certaminibus sensim Olympiae adscitis fidem denegat Dissenius in Excursu I ad Pind. Carm. p. 265 (in ed. 2a a Schneidewino curata p. 334) sic scribens: *quod Pausanias libr. V, 8 tradit et Jul. Africanus apud Eusebium post cursum Ol. 18 luctam et quinquertium receptum, Ol. 23 pugilatum, Ol. 25 currus equorum, hoc si ita intelligas, primis septendecim Olympiadibus nonnisi cursu virorum certatum, manifesto ineptum est, quum iam apud Homerum cetera quoque genera videamus, a Pelopis autem funebribus ludis equi certe vix unquam abfuerint. Immo ex quo tempore certa notitia in ϛήλαις haberetur certaminis alicuius Olympici, hunc introductionis annum dixere, nec credibile pugilatum revera quinquertio serius adscitum.* Quare credibile non sit pugilatum quinquertio serius adscitum esse, non video. Ceterum viri clarissimi ratiocinatio falsa nititur hypothesi. Si ludi Olympici primis iam Olympiadibus per totam Graeciam clari fuissent, manifesto ineptum esset quod Olympionicarum fasti tradunt. Verum non ita est. Primis Olympiadibus hi ludi tantummodo e regionibus Elidi adiacentibus competitores alliciebant, nec nisi sensim paullatimque celebriores sunt facti, cuius rei testis est ipsa *'Ολυμπιάδων ἀναγραφή*, modo attendas ad Olympionicarum patriam. Tantum igitur abest ut traditio illa inepta sit habenda, ut contra aucta ludorum Olympicorum celebritas vix intelligatur nisi causam habeat auctum eorum splendorem adscitis sensim pluribus certaminibus.

1 Phlegon Trallianus apud Stephan. Byzant. v. *Δυοπόντιον*, p. 208 Westermanni in Paradoxogr.: *Φλέγων ἐν 'Ολυμπιάδι δ'· 'Αντίμαχος 'Ηλεῖος ἐκ Δυοποντίου ϛάδιον*, ubi *ἐν 'Ολυμπιάδι δ'* pro *ἐν 'Ολυμπιάδι β'* aut Stephano debetur aut scribae; ipsum enim Phlegontem ab Africano non dissensisse demonstrat eorum consensus in Ol. I, VII, cet.

2 Fortasse *"Ανδροκλος* stadionica idem est ac *'Ανδροκλῆς ὁ Φίντα*, quo cum fratre Antiocho in Messenia regnante primum bellum Messenium erupit, teste Pausania IV. iv. 4.

3 Pausanias IV. iv. 5: *Πολυχάρης Μεσσήνιος τά τ' ἄλλα οὐκ ἀφανὴς καὶ νίκην 'Ολυμπίασιν ἀνῃρημένος· τετάρτην 'Ολυμπιάδα ἦγον 'Ηλεῖοι καὶ ἀγώνισμα ἦν ϛαδίου μόνον ὅθ' ὁ Πολυχάρης ἐνίκησεν.*

ε′ ol. V a. C. 760

Αἰσχίνης Ἠλεῖος ϛάδιον.

ϛ′ ol. VI a. C. 756

Οἰβώτας Οἰνία Δυμαῖος ϛάδιον[1].

ζ′ ol. VII a. C. 752

Δαϊκλῆς Μεσσήνιος ϛάδιον[2].
Ῥωμύλος Ῥώμην ἔκτισεν.

η′ ol. VIII a. C. 748

Ἀντικλῆς Μεσσήνιος ϛάδιον.

θ′ ol. IX a. C. 744

Ξενοκλῆς (Ξενόδοκος[3]) Μεσσήνιος ϛάδιον.

ι′ ol. X a. C. 740

Δωτάδας Μεσσήνιος ϛάδιον.

ια′ ol. XI a. C. 736

Λεωχάρης Μεσσήνιος ϛάδιον.

Pausaniae codices *Ἀνδροκλῆς.* Sed cf. nota ad h. l. *Δαϊκλῆς*] Cod. Paris. *Διοκλῆς.* Int. Arm. *Darkles*, in quo latet *Δαϊκλῆς*, quod sine mendo legitur apud Phlegontem et Dionysium. *Δωτάδας*] Cod. Paris. et int. Armen. *Δωτάδης.* *Λεωχάρης*] Sic cod. Paris. et int. Armen. In Eleorum fastis sine dubio *Λαχάρης*

1 Pausanias VI. III. 8: *ἡ δὲ τοῦ ϛαδίου νίκη τῷ Οἰβώτᾳ γέγονεν Ὀλυμπιάδι ἕκτῃ.*

Idem VII. XVII. 6 de Dymes prisco nomine *Πάλεια* disputans: *Οἰβώτᾳ*, ait, *ἀνδρὶ Δυμαίῳ, ϛαδίου μὲν ἀνελομένῳ νίκην Ὀλυμπιάδι ἕκτῃ, εἰκόνος δ᾽ ἐν Ὀλυμπίᾳ περὶ τὴν ὀγδοηκοςὴν Ὀλυμπιάδα κατὰ μάντευμα ἐκ Δελφῶν ἀξιωθέντι, ἐπίγραμμά* (Anthol. Graec. append. 267) *ἐςὶν ἐπ᾽ αὐτῷ λέγον·*

Οἰνία Οἰβώτας ϛάδιον νικῶν ὅδ᾽ Ἀχαιὸς
πατρίδα Πάλειαν θῆκ᾽ ὀνομαςοτέραν.

Eidem VII. XVII. 13 *ὁ δρομεὺς Οἰβώτας* dicitur *Ἀχαιῶν πρῶτος Ὀλύμπια νικῆσαι.*

2 Phlegon Trallianus p. 147 Meursii, 207 Westermanni in Paradoxogr.: *Δαϊκλῆς Μεσσήνιος, ὃς τῇ ἑβδόμῃ Ὀλυμπιάδι ϛάδιον ἐνίκα.*

Dionysius Halicarn. *Antiq. Roman.* I. 71 p. 180 Reiskii: *τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα ϛάδιον Δαϊκλῆς Μεσσήνιος.*

3 Pausanias IV. V. 10: *τῆς ἐνάτης Ὀλυμπιάδος, ἣν Ξενόδοκος Μεσσήνιος ἐνίκα ϛάδιον.*

ol. XII a. C. 732 ιβ´

Ὀξύθεμις Κλεωναῖος ςάδιον.

ol. XIII a. C. 728 ιγ´

Διοκλῆς Κορίνθιος ςάδιον[1].

ol. XIV a. C. 724 ιδ´

Δέσμων Κορίνθιος ςάδιον[2].

Προσετέθη καὶ δίαυλος καὶ ἐνίκα Ὕπηνος Ἠλεῖος (Πισαῖος)[3].

ol. XV a. C. 720 ιε´

Ὄρσιππος Μεγαρεὺς ςάδιον[4].

---

scriptum erat. *Κλεωναῖος*] Sic Philostratus loco laudato ad Olympiadem I. Cod. Paris. et int. Armen. *Κορωναῖος*. Illud verum videtur, nam primis XX Olympiadibus ceteri victores omnes Peloponnesii sunt et paullatim demum auctus horum ludorum splendor alios quoque allicere coepit. *Δέσμων*] Pausaniae codices *Δάσμων*. *Ὕπηνος*] Sic int. Armen., Pausaniae codices et Philostratus. Cod. Paris. *Ὑπήνιος*. *Ὄρσιππος*] Sic eum et ceteri omnes appellant (nisi quod

1 Aristoteles *Polit.* II. 12 p. 1274 *a* Bekkeri: *ἐγένετο δὲ καὶ Φιλόλαος ὁ Κορίνθιος νομοθέτης Θηβαίοις. ἦν δ' ὁ Φιλόλαος τὸ μὲν γένος τῶν Βακχιαδῶν, ἐραςὴς δὲ γενόμενος Διοκλέους τοῦ νικήσαντος Ὀλυμπίασιν, ὡς ἐκεῖνος τὴν πόλιν ἔλιπε διαμισήσας τὸν ἔρωτα τὸν τῆς μητρὸς Ἀλκυόνης, ἀπῆλθεν εἰς Θήβας, κἀκεῖ τὸν βίον ἐτελεύτησαν ἀμφότεροι. καὶ νῦν ἔτι δεικνύουσι τοὺς τάφους αὐτῶν* cet.

2 Pausanias IV. XIII. 7: *τῆς τετάρτης καὶ δεκάτης Ὀλυμπιάδος, ἣν Δάσμων Κορίνθιος ἐνίκα ςάδιον.*

3 Pausanias V. VIII. 6: *Ὀλυμπιάδι δ' ὕςερον τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ προσετέθη σφίσι δίαυλος· Ὕπηνος δ' ἀνὴρ Πισαῖος ἀνείλετο ἐπὶ τῷ διαύλῳ τὸν κότινον.* Philostratus *de Gymnast.* p. 20 Darembergii, 14 Mynae: *ἐπὶ δὲ τῆς τετάρτης ἐπὶ δέκα δίαυλος μὲν ἤρξατο· Ὑπήνου δ' ἐγένετο Ἠλείου ἡ ἐπ' αὐτῷ νίκη.*

4 Pausanias I. XLIV. 1: *Κοροίβου δὲ τέθαπται πλησίον Ὄρσιππος, ὃς περιεζωσμένων ἐν τοῖς ἀγῶσι κατὰ δή τι παλαιὸν ἔθος τῶν ἀθλητῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ ἐνίκα ςάδιον δραμὼν γυμνός. φασὶ δὲ καὶ ςρατηγοῦντα ὕςερον τὸν Ὄρσιππον ἀποτεμέσθαι χώραν τῶν προσοίκων. δοκῶ δ' οἱ καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ τὸ περίζωμα ἑκόντι περιρρυῆναι, γνόντι ὡς ἀνδρὸς περιεζωσμένου δραμεῖν ῥᾷων ἐςὶν ἀνὴρ γυμνός.*

Inscriptio Megarica, in Boeckhii Corp. Inscr. n. 1050 Tom. I p. 553 (Anthol. Graec. append. 272):

Προσετέθη δόλιχος καὶ γυμνοὶ ἔδραμον· ἐνίκα Ἄκανθος Λάκων[1].

ις′ ol. XVI a. C. 716

Πυθαγόρας Λάκων ςάδιον[2].

Ὄριππος est in Scholio Veneto B) et Africanus. In Eleorum fastis sine dubio legebatur Dorica nominis forma, Ὄρριππος, quam servat Inscriptio Megarica.

Ὀρρίππῳ Μεγαρῆς με δαΐφρονι τῇδ' ἀρίδηλον
μνᾶμα θέσαν, φάμᾳ Δελφίδι πειθόμενοι·
ὃς δὴ μακίςους μὲν ὅρους ἀπελύσατο πάτρᾳ,
πολλὰν δυσμενέων γᾶν ἀποτεμνομένων,
πρᾶτος δ' Ἑλλάνων ἐν Ὀλυμπίᾳ ἐςεφανώθη
γυμνός, ζωννυμένων τῶν πρὶν ἐνὶ ςαδίῳ.

α Titulum vix ante quintum vel sextum post Christi natales saeculum exaratum esse, docent litterarum formae...... Quum antiquus titulus, qui olim Megaris positus erat, vetustate esset detritus, vir aliquis antiquitatis studiosus instaurandum monumentum curavit." Boeckh.

Huius epigrammatis primum et postremum distichon corrupte leguntur apud Scholiastam Thucyd. I. 6.

Grammaticorum nugas vide, si tanti est, in Scholiis ad Hom. Il. ψ. 683 in Etymologico Magno v. γυμνάσια, et apud Isidorum Hispalensem XVIII. XVII. 2. In quibus hoc tantum notatu dignum, quod apud Isidorum et Schol. Venetum B res gesta dicitur archonte Athenis Hippomene; qui, sive magistratum iniit Olymp. XIII, 2 (Pausanias IV. XIII. 7) sive Olymp. XIV, 3 (Dionysius Halicarn. *Antiq. Roman.* I. 71 p. 180 Reiskii), Olymp. XV munere adhuc fungebatur.

1 Pausanias post verba ad Olymp. XIV p. 6 nota 3 laudata addit: τῇ δ' ἑξῆς Ἄκανθος. Intercidisse quaedam in hanc sententiam: τῇ δ' ἑξῆς (προσετέθη δόλιχος καὶ ἐνίκα Λακεδαιμόνιος) Ἄκανθος, manifestum est.

Philostratus post verba laudata ad Olymp. XIV p. 6 nota 3 sic pergit: μετ' ἐκείνην δολίχου ἀγών, καὶ ἐνίκα Σπαρτιάτης Ἄκανθος.

Dionysius Halicarn. *Antiq. Roman.* VII. 72 p. 1485 Reiskii: ὁ γὰρ πρῶτος ἐπιχειρήσας ἀποδυθῆναι τὸ σῶμα καὶ γυμνὸς Ὀλυμπίασι δραμὼν ἐπὶ τῆς ιε' Ὀλυμπιάδος Ἄκανθος ὁ Λακεδαιμόνιος ἦν.

Quum Orsippo inter currendum subligaculum delapsum esset, placuit dehinc omnibus nudis currere; itaque ea ipsa Olympiade οἱ δολιχοδρόμοι, ut ait Africanus h. l., γυμνοὶ ἔδραμον. Hinc modo Orsippus, modo Acanthus primus nudus cucurrisse dicitur. Praeter scriptores laudatos, testis est Hesychius v. ζώσατο: κατὰ γὰρ τοὺς Ὁμήρου χρόνους οὐδέπω γυμνοὶ ἠγωνίζοντο, ἀλλ' ἀπὸ τῆς πεντεκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος.

2 Plutarchus *Num.* I: Πυθαγόραν τὸν Σπαρτιάτην Ὀλύμπια νενικηκότα ςάδιον ἐπὶ τῆς ἑκκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος.

Dionysius Halicarn. *Antiq. Roman.* II. 58 p. 360 Reiskii: τῆς ἑκκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος, ἐν ᾗ ἐνίκα ςάδιον Πυθαγόρας Λάκων.

ol. XVII a. C. 712

ιζ´

Πῶλος Ἐπιδαύριος ϛάδιον.

ol. XVIII a. C. 708

ιη´

Τέλλις Σικυώνιος ϛάδιον.

Προσετέθη πάλη καὶ ἐνίκα Εὐρύβατος Λάκων[1] (Λουσιεύς[2]).

Προσετέθη καὶ πένταθλον καὶ ἐνίκα Λάμπις Λάκων[3].

ol. XIX a. C. 704

ιθ´

Μένος Μεγαρεὺς ϛάδιον.

ol. XX a. C. 700

κ´

Ἀθηράδας Λάκων ϛάδιον.

ol. XXI a. C. 696

κα´

Παντακλῆς Ἀθηναῖος ϛάδιον.

ol. XXII a. C. 692

κβ´

Ὁ αὐτὸς τὸ δεύτερον ϛάδιον.

ol. XXIII a. C. 688

κγ´

Ἰκάριος Ὑπερασιεὺς ϛάδιον[4].

Μένος] Scaliger coniecit *Μένων*. *Ἰκάριος*] Pausaniae codices *Ἴκαρος*. *Ὑπερασιεύς*] Sic Phlegon apud Stephanum Byzantinum. Cod. Paris. *Ὑπηρεσιεύς*.

1 Pausanias V. VIII. 7: *ἐπὶ δὲ τῆς ὀγδόης καὶ δεκάτης Ὀλυμπιάδος πεντάθλου καὶ πάλης ἀφίκοντο ἐς μνήμην · καὶ τοῦ μὲν Λάμπιδι ὑπῆρξεν, Εὐρυβάτῳ δ' ἡ νίκη τῆς πάλης, Λακεδαιμονίοις καὶ τούτοις.*

2 Philostratus *de Gymnast.* p. 20 Darembergii, 14 Mynae: *ἀνδρῶν δὲ πένταθλον καὶ ἀνδρῶν πάλην ἤσκησεν ἡ ὀγδόη ἐπὶ δέκα Ὀλυμπιάς· ἐνίκα δὲ πάλην μὲν Εὐρύβατος Λουσιεύς, τὰ δὲ πέντε Λάμπις Λάκων. εἰσὶ δ' οἳ καὶ τὸν Εὐρύβατον Σπαρτιάτην γράφουσιν.*

3 Pausanias et Philostratus locis laudatis.

4 Pausanias IV. XV. 1: *τῆς τρίτης Ὀλυμπιάδος καὶ εἰκοστῆς, ἣν Ἴκαρος Ὑπερασιεὺς ἐνίκα ϛάδιον.*

Phlegontem Trallianum laudat Stephan. Byzant. v. *Ὑπερασία*, p. 208 Westermanni in Paradoxogr.: *τὸ ἐθνικὸν Ὑπερασιεύς. Φλέγων εἰκοϛῇ τρίτῃ Ὀλυμπιάδι.*

Προσετέθη πυγμὴ καὶ Ὀνόμαςος Σμυρναῖος ἐνίκα, ὁ καὶ τῇ πυγμῇ νόμους θέμενος[1].

κδ΄ ol. XXIV a. C. 684

Κλεοπτόλεμος Λάκων ςάδιον.

κε΄ ol. XXV a. C. 680

Θάλπιος Λάκων ςάδιον.

Προσετέθη τέθριππον καὶ ἐνίκα Παγώνδας Θηβαῖος[2].

κς΄ ol. XXVI a. C. 676

Καλλισθένης Λάκων ςάδιον.

Φιλόμβροτος δὲ Λάκων πένταθλος τρισὶν Ὀλυμπιάσιν ἐνίκησεν[3].

Κάρνεια ἐτέθη πρῶτον ἐν Λακεδαίμονι κιθαρῳδῶν ἀγών.

Int. Armen. *Hyperesius.* Pausaniae codices *Ὑπερησιεύς.* *Θάλπιος*] Sic cod. Paris. Int. Arm. *Thalpis.* *Παγώνδας*] Sic Pausaniae codices. Cod. Paris. *Πάτων.* Int. Armen. *Paoron.* *Φιλόμβροτος*] Sic cod. Paris. Int. Armen. *Philimbrotos.*

1 Pausanias V. VIII. 7: *τρίτῃ δ' Ὀλυμπιάδι καὶ εἰκοςῇ πυγμῆς ἆθλα ἀπέδοσαν· Ὀνόμαςος δ' ἐνίκησεν ἐκ Σμύρνης συντελούσης ἤδη τηνικαῦτα ἐς Ἴωνας.*

Philostratus *de Gymnast.* p. 20 sq. Darembergii, 15 Mynae: *ἡ δὲ τρίτη καὶ εἰκοςὴ Ὀλυμπιὰς ἄνδρα ἤδη ἐκάλει πύκτην καὶ κράτισθ' ὁ Σμυρναῖος Ὀνόμαςος πυκτεύσας ἐνίκησεν, ἐπιγράψας τὴν Σμύρνην ἔργῳ καλῷ· ὁπόσαι γὰρ πόλεις Ἰωνικαί τε καὶ Λύδιαι καὶ ὁπόσαι καθ' Ἑλλήσποντόν τε καὶ Φρυγίαν καὶ ὁπόσα ἔθνη ἀνθρώπων ἐν Ἀσίᾳ εἰσί, ταῦθ' ὁμοῦ ξύμπανθ' ἡ Σμύρνα ὑπερεβάλετο καὶ ςεφάνου Ὀλυμπικοῦ πρώτη ἔτυχεν. Καὶ νόμους ἔγραψεν ὁ ἀθλητὴς οὗτος πυκτικούς, οἷς ἐχρῶντο οἱ Ἠλεῖοι διὰ σοφίαν τοῦ πύκτου· καὶ οὐκ ἤχθοντο οἱ Ἀρκάδες εἰ νόμους ἔγραψέ τις αὐτοῖς ἐναγωνίους ἐξ Ἰωνίας ἥκων τῆς ἀβρᾶς.* In his *κράτιςα* pro *κρατίςως*, *Λύδιαι καὶ ὁπόσαι* pro *Λύδιοι ὅσαι* et *αὐτοῖς ἐναγωνίους* pro *ἐν τοῖς ἐναγωνίοις* debentur Cobeto, de Philostrati lib. *περὶ γυμνας.*, p. 42 sq., cui *Ἀρκάδες* quoque suspectum est; non mirabor si quando ex codice *ἀθληταί* pro Arcadibus prodibunt.

2 Pausanias V. VIII. 7: *πέμπτῃ δ' ἐπὶ ταῖς εἴκοσι κατεδέξαντο ἵππων τελείων δρόμον καὶ ἀνηγορεύθη Θηβαῖος Παγώνδας κρατῶν ἅρματι.*

3 Itaque verisimile est eum Olymp. XXVI, XXVII et XXVIII vicisse, quamquam non negem fieri posse ut Olymp. XXIV, XXV et XXVI vicerit.

ol. XXVII
a. C. 672

κζ΄

Εὐρυβάτης Ἀθηναῖος ϛάδιον[1].

? Φιλόμβροτος Λάκων πένταθλον[2].

Δάϊππος Κροτωνιάτης πύξ[3].

Ἠλείων ἐκ Δυσποντίου τέθριππον[4].

ol. XXVIII
a. C. 668

κη΄

Χάρμις (Χίονις[5]) Λάκων ϛάδιον. Ὃς σύκοις ξηροῖς ἤσκει.

Εὐρυβάτης] Sic legitur apud Dionysium. Cod. Paris. et int. Armen. *Εὔρυβος*. Pausaniae codices *Εὐρίβοτος*. *Ἠλείων*] Westermannus coniecit *Ἠλεῖος*, quod

[1] Pausanias II. xxiv. 7: *τετάρτῳ δ' ἔτει τῆς* (supple *ἑβδόμης καὶ εἰκοϛῆς*) *Ὀλυμπιάδος ἣν Εὐρυβάτης Ἀθηναῖος ἐνίκα ϛάδιον.*

Dionysius Halicarn. *Antiq. Roman.* III. 1 p. 406 Reiskii: *τῆς ἑβδόμης καὶ εἰκοϛῆς Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα ϛάδιον Εὐρυβάτης Ἀθηναῖος.*

[2] Africanus Olymp. XXVI.

[3] Phlegon Trallianus apud. Stephan. Byzant. v. *Δυσπόντιον*, p. 208 Westermanni in Paradoxogr.: *Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάδι κζ'· Δάϊππος Κροτωνιάτης πύξ, Ἠλείων ἐκ Δυσποντίου τέθριππον.*

[4] Phlegon Trallianus l l.

[5] Pausanias III. xiv. 3: *ἐγγυτάτω δὲ τῶν μνημάτων ἃ τοῖς Ἀγιάδαις πεποίηται ϛήλην ὄψει, γεγραμμέναι δ' εἰσὶν ἃς Χίονις ἀνὴρ Λακεδαιμόνιος δρόμου νίκας ἀνείλετο, ἄλλας τε καὶ Ὀλυμπίασιν. ἐνταῦθα δ' ἑπτὰ ἐγένοντο νῖκαι, τέσσαρες μὲν ϛαδίου, διαύλου δ' αἱ λοιπαί· τὸν δὲ σὺν τῇ ἀσπίδι δρόμον ἐπ' ἀγῶνι λήγοντι οὐ συνέβαινεν εἶναί πω.*

Idem IV. xxiii. 4: *ἔτει πρώτῳ τῆς ὀγδόης τε καὶ εἰκοϛῆς Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα Χίονις Λάκων.*

Idem IV. xxiii. 10: *ταῦτα δ' ἐπὶ τῆς Ὀλυμπιάδος ἐπράχθη τῆς ἐνάτης καὶ εἰκοϛῆς, ἣν Χίονις Λάκων τὸ δεύτερον ἐνίκα.*

Idem VIII. xxxix. 3: *δευτέρῳ ἔτει τῆς τριακοϛῆς Ὀλυμπιάδος, ἣν Χίονις Λάκων ἐνίκα τὸ τρίτον.*

Duplici modo conati sunt viri docti haec cum Africani anagraphe conciliare. Fuit enim qui apud Africanum Olymp. XXVIII pro *Χάρμις* reponeret *Χίονις* et ad hanc rationem sequentia exigeret; at Africanum diversos voluisse Olympiadum XXVIII et XXIX stadionicas, demonstrant adiecta ὃς *σύκοις ξηροῖς ἤσκει* et οὗ *τὸ ἅλμα ποδῶν ἦν νβ'*. Neque audiendus qui Pausaniae locos ex libro IV et VIII laudatos de victoriis *diaulo* reportatis accepit et loco ex libro III laudato vocabula *ϛαδίου* et *διαύλου* transposuit; nam veteres in re chronologica solis *stadio*nicis utuntur.

Quamquam Pausanias III. xiv. 3

? Φιλόμβροτος Λάκων πένταθλον [1].

Ταύτην ἦξαν Πισαῖοι, Ἠλείων ἀσχολουμένων διὰ τὸν πρὸς Δυμαίους πόλεμον [2].

κθ' — ol. XXIX a. C. 664

Χίονις Λάκων (τὸ δεύτερον [3]) στάδιον. Οὗ τὸ ἅλμα ποδῶν ἦν νβ'.

? Χίονις Λάκων δίαυλον [4].

λ' — ol. XXX a. C. 660

Ὁ αὐτὸς τὸ δεύτερον (τρίτον [5]).

? Χίονις Λάκων δίαυλον [6].

Πισαῖοι Ἠλείων ἀποστάντες ταύτην τ' ἦξαν καὶ τὰς ἑξῆς κβ' [7].

λα' — ol. XXXI a. C. 656

Χίονις Λάκων τὸ τρίτον (τέταρτον [8]) στάδιον.

? Χίονις Λάκων δίαυλον [9].

---

aut victoris nomen esse, aut nomen victoris excidisse. *ποδῶν ἦν νβ'*] Sic cod. Paris. Int. Armen. *erat* XXII *cubitorum*, quod nomen mensurae incertum ad ipsam στήλην provocet quam Spartae Chionidi posuerant cives, alteramque huius similem viderit Olympiae (VI. XIII. 2), tamen eius auctoritas me non permovet ut Africani anagraphen h. l. mendosam esse credam. Nam si Africanus falsus est, unde tandem et quo modo Charmis illo irrepsit? Contra si Pausanias erravit, error est qualis facile potuit committi.

1 Africanus Olymp. XXVI.

2 De Olympiadibus non ab Eleis celebratis in diversas partes abeunt testes. Cf. Weissenbornii commentatio de Phidone Argivo, in opusculo cui titulus Hellen, Beiträge zur Griech. Alterthumsk., Jena 1844; Clinton, Fasti Hellenici, I passim; Grote, history of Greece, II p. 315 nota 1 et 435 nota 1 ed. Americ.

3 Pausanias laudatus ad Olymp. XXVIII, p. 10 nota 5.

4 Pausanias III. XIV. 3: *ἐνταῦθα ('Ολυμπίασι) δ' ἑπτὰ ἐγένοντο νῖκαι· τέσσαρες μὲν σταδίου, διαύλου δ' αἱ λοιπαί.* Si revera ter diauli palma Chionidi obtigit, hae victoriae satis probabili ratione iisdem Olympiadibus adsignabuntur quibus stadio vicit. Sed quoniam videtur Pausanias hallucinatus esse circa Chionidis victorias (cf. ad Olymp. XXVIII p. 10 nota 5), dubitationis signum apposui.

5 Pausanias laudatus ad Olymp. XXVIII, p. 10 nota 5.

6 Cf. ad Olymp. XXIX.

7 Cf. ad Olymp. XXVIII.

8 Pausanias laudatus ad Olymp. XXVIII p. 10 nota 5.

9 Cf. ad Olymp. XXIX.

ol. XXXII a. C. 652 λβ´

Κρατῖνος Μεγαρεὺς ςάδιον.

Ὅτε καὶ πυγμὴν Κομαῖος τρίτος ἀδελφῶν ἀγωνισάμενος ἐνίκα.

ol. XXXIII a. C. 648 λγ´

Γύγης Λάκων ςάδιον.

Προσετέθη παγκράτιον καὶ ἐνίκα Λύγδαμις Συρακόσιος ὑπερμεγέθης, ὃς ςάδιον ἐξεμέτρησε τοῖς αὑτοῦ ποσίν, μόνος ἑξακοσίας παραθέσεις ποιησάμενος[1].

Μύρων Σικυώνιος τεθρίππῳ[2].

Προσετέθη καὶ κέλης καὶ ἐνίκα Κραυξίδας Θεσσαλὸς ἐκ Κραννῶνος[3].

---

esse ait Aucherus ad h. l. Perperam inde reponi iusserunt *ποδῶν ἦν κβ´*, quamquam *νβ´* non sine causa suspicionem moverit; forte legendum *ποδῶν ἦν λβ´* aut *πήχεων ἦν κβ´*. *τρίτος ἀδελφῶν*] Sic cod. Paris. Int. Armen. *tres fratres* (in accusativo). *Γύγης*] Cod. Paris. et int. Armen. *Γύγις*. *μόνος*] Sic scripsi e Scaligeri emendatione. Cod. Paris. *μόνας*. Int. Armen. *tantum*. *κέλης*] omittit cod. Paris. iusto spatio relicto. *Κραυξίδας*] Sic Pausaniae codi-

[1] Pausanias V. VIII, 8: *ὀγδόῃ δ' ἀπὸ ταύτης* (ab Olymp. XXV) *Ὀλυμπιάδι ἐδέξαντο παγκρατιαςήν τ' ἄνδρα καὶ ἵππον κέλητα· ἵππος μὲν δὴ Κραννωνίου Κραυξίδα παρέφθη, τοὺς δ' ἐσελθόντας ἐπὶ τὸ παγκράτιον Λύγδαμις κατειργάσατο Συρακόσιος. τούτῳ πρὸς ταῖς Λιθοτομίαις ἐςὶν ἐν Συρακούσαις μνῆμα. εἰ δὲ καὶ Ἡρακλεῖ τῷ Θηβαίῳ μέγεθος παρισοῦτο ὁ Λύγδαμις, ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδα, λεγόμενον δ' ὑπὸ Συρακοσίων ἐςίν.*

Philostratus *de Gymnast.* p. 22 Darembergii, 15 Nynae: *κατὰ δὲ τὴν τρίτην καὶ τριακοςὴν Ὀλυμπιάδα παγκράτιον μὲν ἐτέθη, μήπω τεθέν, Λύγδαμις δ' ἐνίκα Συρακόσιος. μέγας δ' οὕτω τι ὁ Σικελιώτης ἦν, ὡς τὸν πόδα ἰσόπηχυν εἶναι· τὸ γοῦν ςάδιον ἀναμετρῆσαι λέγεται τοσούτοις αὑτοῦ ποσὶν ὅσοι τοῦ ςαδίου πήχεις νομίζονται.* Vix opus est his Philostrateis ut intelligatur absurdum esse quod Africanus tradit: *μόνος ἑξακοσίας παραθέσεις ποιησάμενος.* Hoc, opinor, multi poterant; solus Lygdamis *ςάδιον ἀνεμέτρησε τοσούτοις αὑτοῦ ποσὶν ὅσοι τοῦ ςαδίου πήχεις νομίζονται.*

Solinus cap. IV: *Syracusanus Lygdamis, qui tertia et tricesima Olympiade primus ex Olympico certamine pancratii coronam reportavit.*

[2] Pausanias VI. XIX. 2: *ἔςι δὲ θησαυρὸς ἐν Ὀλυμπίᾳ Σικυωνίων καλούμενος, Μύρωνος δ' ἀνάθημα τυραννήσαντος Σικυωνίων. τοῦτον ᾠκοδόμησεν ὁ Μύρων νικήσας ἅρματι τὴν τρίτην καὶ τριακοςὴν Ὀλυμπιάδα.*

[3] Pausanias loco modo laudato nota 1.

λδ′ ol. XXXIV a. C. 644

Στόμας Ἀθηναῖος ςάδιον.

λε′ ol. XXXV a. C. 640

Σφαῖρος Λάκων ςάδιον[1].

Καὶ δίαυλον Κύλων Ἀθηναῖος, ὁ ἐπιθέμενος τυραννίδι[2].

λς′ ol. XXXVI a. C. 636

(Ἀρυτάμας Λάκων ςάδιον.

Παγκράτιον) Φρύνων Ἀθηναῖος, ὃς Πιττακῷ μονομαχῶν ἀνῃρέθη[3].

---

ces. Cod. Paris. *Κραξίλλας*. Int. Armen. *Kraxilas*. *Στόμας*] Sic cod. Paris. Int. Armen. *Stomos*. λς′ *Ἀρυτάμας — ἀνῃρέθη*] Cod. Paris. et int. Armen. λς′ *Φρύνων Ἀθηναῖος ςάδιον· ὃς Πιττακῷ μονομαχῶν ἀνῃρέθη*. Cf. nota ad hunc locum. *Ἀρυτάμας*] Videtur nomen corruptum esse; forte *Εὐρυδάμας*.

1 Dionysius Halicarn. *Antiq. Roman.* III. 36 p. 518 Reiskii: *τῆς τριακοςῆς καὶ πέμπτης Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα Σφαῖρος Λακεδαιμόνιος.*

2 Herodotus V. 71: *οἱ δ' ἐναγέες Ἀθηναίων ὧδε ὠνομάσθησαν· ἦν Κύλων τῶν Ἀθηναίων ἀνὴρ Ὀλυμπιονίκης· οὗτος ἐπὶ τυραννίδι ἐκόμησε*, cet.

Thucydides I. 126: *τὸ δ' ἄγος ἦν τοιόνδε· Κύλων ἦν Ἀθηναῖος, ἀνὴρ Ὀλυμπιονίκης, τῶν πάλαι εὐγενής τε καὶ δυνατός. ἐγεγαμήκει δὲ θυγατέρα Θεαγένους, Μεγαρέως ἀνδρός, ὃς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐτυράννει Μεγάρων· χρωμένῳ δὲ τῷ Κύλωνι ἐν Δελφοῖς ἀνεῖλεν ὁ θεός, ἐν τῇ τοῦ Διὸς τῇ μεγίςῃ ἑορτῇ καταλαβεῖν τὴν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν. ὁ δὲ παρά τε τοῦ Θεαγένους δύναμιν λαβὼν καὶ τοὺς φίλους ἀναπείσας, ἐπειδὴ ἐπῆλθεν Ὀλύμπια τὰ ἐν Πελοποννήσῳ κατέλαβε τὴν ἀκρόπολιν ὡς ἐπὶ τυραννίδι, νομίσας ἑορτήν τε τοῦ Διὸς μεγίςην εἶναι καὶ αὐτῷ τι προσήκειν Ὀλύμπια νενικηκότι.*

Pausanias I. XVIII. 1: *Κύλωνα δ' οὐδὲν ἔχω σαφὲς εἰπεῖν ἐφ' ὅτῳ χαλκοῦν ἀνέθεσαν τυραννίδα ὅμως βουλεύσαντα. τεκμαίρομαι δὲ τῶνδ' ἕνεκα, ὅτι εἶδος κάλλιςος καὶ τὰ ἐς δόξαν ἐγένετο οὐκ ἀφανής, ἀνελόμενος διαύλου νίκην Ὀλυμπικήν, καί οἱ θυγατέρα ὑπῆρξε γῆμαι Θεαγένους ὃς Μεγάρων ἐτυράννησεν.*

3 Sic Africanum scripsisse, scribere certe debuisse censeo. Iis enim quae nunc apud Eusebium leguntur (λς′· *Φρύνων Ἀθηναῖος ςάδιον· ὃς Πιττακῷ μονομαχῶν ἀνῃρέθη*) duo adversantur. Primum Diogenis Laertii testimonium I. IV. 1 (74): *Φρύνων παγκρατιαςὴς Ὀλυμπιονίκης*. Credibile non est Phrynonem cum robore velocitatem ita iunxisse ut et pancratii et cursus palmam tulerit, quod soli Theageni contigisse videtur (Pausanias VI. XI. 5);

Ol. XXXVII
a. C. 632

λζ'

Εὐρυκλείδας Λάκων ςάδιον.

Προσετέθη ςάδιον παίδων καὶ ἐνίκα Πολυνείκης Ἠλεῖος[1].

Προσετέθη καὶ παίδων πάλη καὶ ἐνίκα Ἱπποσθένης Λάκων, ὃς διαλιπὼν μίαν τὰς ἑξῆς πέντε Ὀλυμπιάδας

καὶ γὰρ (verba sunt Epicteti in *Dissertat. ab Arriano digest.* III. I. 5) *τὸ παγκρατιαςὴν οἶμαι ποιοῦν καλόν, τοῦτο παλαιςὴν οὐκ ἀγαθὸν ποιεῖ, δρομέα καὶ γελοιότατον.* Itaque aut stadio aut pancratio vicit. Iam traditur Phryno occubuisse in certamine singulari cum Pittaco, quod melius quadrat in virum robore corporis quam velocitate insignem. Ergo verisimile est Phrynoni non stadii sed pancratii palmam obtigisse. Alterum quod vulgatae lectioni adversatur testimonium legitur apud Antigonum Carystium *Histor. Mirab.* CXXI (135) p. 90 Westermanni in Paradoxogr.: *"Ιππυς* (vulg. *"Ιππων*) *δ' ὁ Ῥηγῖνος περὶ τῶν λεγομένων τόπων φθείρειν τὰ ἐμπίπτοντα τοιοῦτόν τι γράφει. φησὶν ἐν Ἀθήναις ἐπὶ βασιλέως Ἐπαινέτου, Ὀλυμπιάδος ἕκτης καὶ τριακοςῆς, ἐν ᾗ Ἀρυτάμας Λάκων νικᾷ ςάδιον, τῆς Σικελίας ἐν Παλίκοις οἰκοδομηθῆναι τόπον, εἰς ὃν ὅςις ἂν εἰσέλθῃ, εἰ μὲν κατακλιθείη, ἀποθνήσκειν, εἰ δὲ περιπατοίη οὐδὲν πάσχειν.* Verba *Ὀλυμπιάδος — ςάδιον* Hippyis aetate scripta esse non possunt; verum etiam si ipse Antigonus hoc adiecerit, non de suo finxit sed hausit ex *ἀναγραφῇ* quadam. Ferebatur igitur in Aristotelis aliave *ἀναγραφῇ* Arytamas (si sanum est nomen) Lacedaemonius stadionica Olympiade XXXVI. E coniuncto hoc cum Diogenis testimonio emergit id quod in textu dedi.

Africanum hac Olympiade praeter stadionicam pancratii quoque victorem addidisse, nemo mirabitur qui eum observaverit stadionicis adiecisse ex ceteris victoribus Olympicis eos, qui aut novo quodam certamine adscito primi vicerant, aut prae ceteris notatu digni videbantur. Quemadmodum igitur Olympiade XXXV Cylonem addidit *τὸν ἐπιθέμενον τυραννίδι*, sic Olympiade XXXVI Phrynonem *τὸν Πιττακῷ μονομαχήσαντα.*

Straboni XIII. I. 38 p. 599 Casauboni et Eusebio *Chron.* interpr. Hieron. p. 124 Scaligeri, interpr. Armen. P. II p. 191 Aucheri, 329 (in ed. 2ª 336) Maii, *Ὀλυμπιονίκης* dicitur Phryno, neque certaminis genere indicato, neque Olympiade.

[2] Dexippus apud Eclogarium Parisinum, qui, postquam ex Eusebii Chronico Africani anagraphen descripsit, sic pergit (p. 153 Crameri in Anecd. Graec. Paris. vol. II): *καὶ ὁ μὲν Εὐσέβιος ταῦτα· ἄλλοι δὲ χρονογράφοι καὶ Δέξιππος ὁ Ἀθηναῖος καὶ τῶν ἐφεξῆς Ὀλυμπιάδων τῶν τ' ἐν αὐταῖς νικησάντων μέμνηνται, ἀμέλει τὴν χρονικὴν ἱςορίαν ὁ Δέξιππος μέχρι τῆς διακοςῆς ἑξηκοςῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος συγγράψας, Διονύσιον Ἀλεξανδρέα φησὶν ἐπὶ ταύτης νικῆσαι.*

[3] *Inscriptio Romana* in Reinesii Syntagm. Inscript. Antiq. V. 44 p. 331, in Sponii Miscell. Erud. Antiq. X. 108 p. 362: *DDD. et principes n. Valentinian. Valens et Gratianus semp. augg. Filumenum in omni athletico certamine ab oriente ad occidentem usq. victorem pammacho lucta pancratio cestibusq. id est pygme locatione statuae in athletarum curia aeternitatis gloria dignum esse iudicarunt*, cet.

Eclogarius Parisinus p. 155 Cra.

σϙα′

ol. CCXCI
p. C. 385

? Οὐαραζδάτης (Ἀρταξατηνός?) πυγμήν[1].

---

meri in Anecd. Graec. Paris. vol II: *ἐγένετο δὲ καὶ ἐπὶ τῶν Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου καιρῶν ὁ ἐκ Φιλαδελφίας τῆς Λυδῶν παλαιστής, Φιλουμενὸς ὄνομα. οὗτος χαλκοῦν ἀνδριάντα λέγεται πατάξας εἰς βάθος ἐνιζῆσαι βιάσασθαι τὸν χαλκόν, ἐφ' ᾧ ἀνδριάντος τετυχηκέναι καὶ ἐπ' αὐτῷ ἐπιγράμματος, οὗ τὸ ἀκροτελεύτιον*

χαλκὸς ἐμῆς χειρὸς πολλὸν ἀφαυρότερος.

Gratianus Augustus nuncupatus est Olymp. CCLXXXVI, 2; Valentinianus diem obiit Olymp. CCLXXXVIII, 3 (Clinton, Fasti Romani, I p. 468 et 484). Theodosius autem, quo imperante Philumenus adhuc floruisse traditur, imperator factus est Olymp. CCLXXXIX, 3 (Clinton, Fasti Romani, I p. 492). Videtur igitur Philumenus Olympiae vicisse aut Olymp. CCLXXXVIII, aut certe non multo prius.

[1] Moses Chorenensis *Hist. Armen.* III. 40: *Augustus autem Theodosius, benignus aeque, ac magnus, anno regni sui vigesimo Varazdatem quendam, ex eodem Arsacidarum genere, in Papi locum regem constituit. Hic Varazdates erat adolescens, animosus, forma pulchra ac viribus maximis, ad omnia fortitudinis opera paratus, sed iaculandi maxime peritus; qui olim, a Sapore profugus, se ad aulam Caesaris contulerat; ac primum Pisae pugilatione vicit; deinde cet.*

Sic Mosis Armeniaca verterunt Whistoni fratres. Quod nunc scripsisse videtur Moses, Varazdatem regnum obtinuisse *vigesimo* Theodosii anno, id manifesto falsum est; imperavit enim Theodosius annos sedecim biduo minus (Clinton, Fasti Romani, I p. 532). Sed videndum num revera Moses sic scripserit. Nam capite 39 tradit Varazdatis praedecessorem *a* Theodosio capite multatum esse quod particeps fuerit seditionis Thessalonicensis; haec autem locum habuit anno Theodosii duodecimo ineunte (Clinton, Fasti Romani, I p. 520). Et capite 40 sq. narrat Varazdatem imperasse annis quatuor, Theodosium autem, quum loco Varazdatis Arsacem et Volarsacem reges Armeniis imposuisset, anno Arsacis secundo diem obiisse. Haec omnia recte procedunt, modo statuas Varazdatem quartum regni annum non complevisse.

Si igitur Varazdates *duodecimo* Theodosii anno regnum est adeptus, Olympica victoria aut Olympiadi CCXCI, aut proxime praecedenti sequentive adsignanda est; Theodosius enim imperator creatus est Olymp. CCLXXXIX, 3 (Clinton, Fasti Romani, I p. 492).

In regum Armeniorum serie, quam concinnavit Saint-Martin, Varazdates dicitur regnum adeptus anno p. C. 377 (Saint-Martin, Mémoires sur l'Arménie, I p. 413), i. e. anno secundo ante Theodosium imperatorem. At idem vir doctus in eodem volumine (p. 315) in adumbranda historia Armeniae versatus: *l'empereur Théodose se décida enfin à donner la couronne d'Arménie à un parent du malheureux Bab, nommé Varazdad.*

Varazdates ultimus est Olympionicarum quorum nomina aetatem tulerunt. Nec mirum; nam paullo post ludi Olympici abrogati sunt. Cedrenus *Histor. Comp.*

p. 326 D, ubi Theodosii Magni res enarrat anno imperii XVI (Olymp. CCXCIII, 2, p. C. 394) gestas: *ἐν τούτοις ἥ τε τῶν Ὀλυμπιάδων ἀπέσβη πανήγυρις.* Mirum non est Theodosium, paganismo infestissimum, hos ludos abrogasse; Cedrenus p. 327 B: *οὗτος ὁ Θεοδόσιος τοὺς εἰδωλικοὺς ναούς, οὓς ὁ μέγας Κωνσταντῖνος κλεισθῆναι μόνον προσέταξε, πάντας ἕως ἐδάφους κατέλυσεν.* Itaque errare videtur Scholiasta Luciani qui ad *Rhetor. Praecept.* 9 de agone Olympico: *καὶ διήρκεσεν ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν Ἑβραϊκῶν κριτῶν μέχρι τοῦ μικροῦ Θεοδοσίου· ἐμπρησθέντος γὰρ τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ ναοῦ ἐξέλιπε καὶ ἡ τῶν Ἠλείων πανήγυρις.* Debebat *τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου.*

APPENDIX,

QUA RECENSENTUR

CETERI OLYMPIONICAE

QUORUM EXSTAT MEMORIA.





Ceteros Olympionicas, quorum exstat memoria, maximam partem servavit **Pausanias** libro VI *Descriptionis Graeciae*, II *Eliacorum*. *Ἕπεται δέ μοι τῷ λόγῳ τῷ ἐς τὰ ἀναθήματα* (sic hunc librum orditur) *τὸ μετὰ τοῦτο ἤδη ποιήσασθαι καὶ ἵππων ἀγωνιςῶν μνήμην καὶ ἀνδρῶν ἀθλητῶν τε καὶ ἰδιωτῶν ὁμοίως· τῶν δὲ νικησάντων Ὀλυμπίασιν οὐχ ἁπάντων εἰσὶν ἑςηκότες ἀνδριάντες, ἀλλὰ καὶ ἀποδειξάμενοι λαμπρὰ ἐς τὸν ἀγῶνα, οἱ δὲ καὶ ἐπ' ἄλλοις ἔργοις, ὅμως οὐ τετυχήκασιν εἰκόνων, τούτους ἐκέλευσεν ἀφεῖναί μ' ὁ λόγος, ὅτι οὐ κατάλογός ἐςιν ἀθλητῶν ὁπόσοις γεγόνασιν Ὀλυμπικαὶ νῖκαι, ἀναθημάτων δ' ἄλλων τε καὶ εἰκόνων συγγραφή. οὐδ' ὁπόσων ἑςήκασιν ἀνδριάντες, οὐδὲ τούτοις πᾶσιν ἐπέξειμι, ἐπιςάμενος ὅσοι τῷ παραλόγῳ τοῦ κλήρου καὶ οὐχ ὑπ' ἰσχύος ἀνείλοντο ἤδη τὸν κότινον. ὁπόσοις δ' ἢ αὐτοῖς εἶχεν ἐς δόξαν ἢ καὶ τοῖς ἀνδριᾶσιν ὑπῆρχεν ἄμεινον ἑτέρων πεποιῆσθαι, τοσαῦτα καὶ αὐτὸς μνησθήσομαι.* Priusquam horum Olympionicarum recensionem aggrediar, duo mihi praemonenda sunt, quae faciunt ad eorum aetatem quodammodo definiendam.

I. Si **Pausanias** nomen servavit statuarii, qui Olympionicae statuam finxit, notaque est statuarii aetas, conclusio inde fiat de aetate Olympionicae; aut enim aequales fuisse, aut certe una tantum generatione alterum altero fuisse maiorem, et a priori satis probabile est, et confirmatur exemplis. Nam ex quo Olympionicis statuae poni coeptae sunt, duae[1] tantum commemorantur, quarum artifex plus una generatione distet ab Olympionica.

---

[1] Diagoram Rhodium (Olymp. LXXIX) finxit Callicles Megarensis, qui dimidio saeculo post floruit. Polydamantis Scotusaei (Olymp. XCIII) statua Lysippi opus erat, Alexandri Magni aequalis.

Indicavit mihi haec exempla Brunn, Geschichte der Griech. Künstler, I p. 70, quo loco eorum refutavit errorem, qui putarunt Olympionicarum statuas, quae in Iovis Olympii templo conspiciebantur, *omnes statim* post victoriam sculptas fuisse.

II. Sicubi statuarius aut quis fuerit aut quando vixerit ignoratur, Olympiades LX et CLX fines constituunt, intra quos et statuarii aetas ponatur et Olympionicae. His enim finibus ponendarum Olympionicis statuarum mos circumscriptus fuit. Pausanias VI. xviii. 7: *πρῶτοι δ' ἀθλητῶν ἀνέθεσαν ἐς Ὀλυμπίαν εἰκόνας Πραξιδάμαντός τ' Αἰγινήτου νικήσαντος πυγμῇ τὴν ἐνάτην Ὀλυμπιάδα ἐπὶ ταῖς πεντήκοντα, καὶ Ὀπουντίου Ῥηξιβίου παγκρατιαςὰς καταγωνισαμένου μιᾷ πρὸς ταῖς ἑξήκοντα Ὀλυμπιάδι. αὗται κεῖνται μὲν αἱ εἰκόνες οὐ πρόσω τῆς Οἰνομάου κίονος, ξύλου δ' εἰσὶν εἰργασμέναι* cet. Quamquam haec verba mendosa aut lacunosa sunt [1], et incertum est *quomodo* Pausanias dixerit, perspicuum tamen est *quid* dixerit: nullas se vidisse Olympiae statuas his antiquiores [2]. Tempore Alexandri Magni mos ponendi Olympionicis statuas in desuetudinem abire coepit; ex Olympionicis, quorum et statuas commemorat Pausanias et aetas nota est, pauci post Alexandrum vixerunt, post Corinthi eversionem nullus. Itaque satis probabile est omnium, quorum statuas vidit Pausanias, Olympionicarum victorias illis centum Olympiadibus esse adsignandas [3].

---

[1] Pro *πρῶτοι ..... ἀνέθεσαν ..... εἰκόνας* Schubart et Walz coniecerunt *πρῶται ..... ἀνετέθησαν ..... εἰκόνες*. Quamvis primo obtutu arrideat haec coniectura, verisimilius tamen videtur librum, unde nostri Pausaniae codices omnes e communi fonte fluxerunt, hoc loco aut lacunosum fuisse aut ita detritum ut non omnia legi potuerint; quam multis locis fuisse illius libri archetypi conditionem, res est notissima. In altero Vindobonensi codice deëst *αὗται*. Fortasse *αὗται* a correctore insertum et lacuna statuenda inter *εἰκόνας* et *Πραξιδάμαντος*.

[2] Duo sunt superiorum temporum Olympionicae, quorum statuas vidit Pausanias. Hae igitur post Olymp. LX fictae sunt. Et de Oebota quidem (Olymp. VI) ipse Pausanias tradit Achaeos statuam eius posuisse Olymp. LXXX. Alter est Eutelidas Lacedaemonius, de cuius statua Pausanias VI. xv. 8: *ἔςι δ' ἥ τ' εἰκὼν ἀρχαία τοῦ Εὐτελίδα καὶ τὰ ἐπὶ τῷ βάθρῳ γράμματα ἀμυδρὰ ὑπὸ τοῦ χρόνου.* Haec igitur non multo recentior videtur quam Praxidamantis et Rhexibii statuae.

[3] Brunn, Geschichte der Griech. Künstler, I p. 520 sq.

ΣΤΑΔΙΟΝ.

Νεολαΐδας Ἠλεῖος.

Pausanias VI. xvi. 8: Θεόδωρον δὲ ..... καὶ Πύτταλον ..... καὶ Νεολαΐδαν[1] σταδίου τ' ἀνελόμενον καὶ ὅπλου στέφανον, Ἠλείους σφᾶς ὄντας ἴστω τις. At stadionicas, quorum Pausanias videre potuit statuas, omnes exhibet Africanus, nec tamen in eius ἀναγραφῇ comparet Neolaidas. Itaque aut in ἀναγραφῇ error latet, aut Pausanias falsus est. Fortasse puerilem victoriam pro virili habuit.

ΔΙΑΥΛΟΣ.

Γόργος Ἠλεῖος.

Pausanias VI. xv. 9: καὶ Ἠλεῖος παρ' αὐτὸν ἀνάκειται Γόργος· μόνῳ δ' ἀνθρώπων ἄχρι ἐμοῦ τῷ Γόργῳ τέσσαρες μὲν ἐν Ὀλυμπίᾳ γεγόνασιν ἐπὶ πεντάθλῳ, διαύλου δὲ καὶ ὅπλου μία ἐφ' ἑκατέρου νίκη.

Νίκανδρος Ἠλεῖος δίς.

Pausanias VI. xvi. 5: Ἀσάμωνός τ' εἰκὼν ἐν ἀνδράσι πυγμῇ νενικηκότος, ἡ δὲ Νικάνδρου, διαύλου μὲν δύο ἐν Ὀλυμπίᾳ, Νεμείων δ' ἀναμὶξ ἐπὶ δρόμῳ νίκας ἓξ ἀνῃρημένου. ὁ δ' Ἀσάμων καὶ ὁ Νίκανδρος Ἠλεῖοι μὲν ἦσαν, πεποίηκε δὲ τῷ μὲν Δαΐππος τὴν εἰκόνα, Ἀσάμωνι δὲ Πυριλάμπης Μεσσήνιος.

Daippus filius et discipulus fuit Lysippi, Alexandri Magni aequalis[2].

Νικοκλῆς Ἀκριάτης (δίς?).

Pausanias III. xxii. 5: Ἀκριᾶται δὲ καὶ ἄνδρα ποτὲ Ὀλυμπιονίκην παρέσχοντο Νικοκλέα, Ὀλυμπιάσι δύο ἀνελόμενον δρόμου νίκας πέντε.

---

[1] Codices Νελαΐδαν.

[2] Brunn, Geschichte der Griech. Künstler, I. p. 358 sq., 407.

Quum Nicoclis nomen inter stadionicas frustra quaeratur, sequitur has victorias diaulo, dolicho et armato cursu reportatas esse.

Παραβάλλων Ἠλεῖος.

Pausanias VI. vi. 3: ἕστηκε δὲ καὶ Λαστρατίδα παιδὸς εἰκὼν Ἠλείου ..... Παραβάλλοντι [1] δὲ τῷ Λαστρατίδα πατρὶ ὑπῆρξε διαύλου παρελθεῖν δρόμῳ.

Χαρῖνος Ἠλεῖος.

Pausanias VI. xv. 2: Χαρῖνος Ἠλεῖος ἐπὶ διαύλου τ' ἀνάκειται καὶ ὅπλου νίκῃ [2].

ΔΟΛΙΧΟΣ.

Ἀριστεὺς Χείμωνος Ἀργεῖος.

Pausanias VI. ix. 3: Ἀριστεὺς δ' Ἀργεῖος δολιχοῦ μὲν νίκην ἔσχεν αὐτός, πάλης δ' ὁ πατὴρ τοῦ Ἀριστέως Χείμων. ἑστήκασι μὲν δὴ ἐγγὺς ἀλλήλων, ἐποίησε δὲ τὸν μὲν Παντίας Χῖος, παρὰ τῷ πατρὶ δεδιδαγμένος Σωστράτῳ· αἱ δ' εἰκόνες τοῦ Χείμωνος ἔργον ἐστίν, ἐμοὶ δοκεῖν, τῶν δοκιμωτάτων Ναυκύδους, ἥ τ' ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ ἡ ἐς τὸ ἱερὸν τῆς Εἰρήνης τὸ ἐν Ῥώμῃ κομισθεῖσα ἐξ Ἄργους.

Pantias floruit c. Olymp. C sqq. [3].

Δαμάτριος Ἀριστίππου (Τεγεάτης?).

Inscriptio Tegeatica in Boeckhii Corp. Inscript. n. 1515 Tom. I p. 702:

Δαμάτριος Ἀριστίππου
Ὀλύμπια παῖδας στάδιον
Νέμεα παῖδας δολιχόν

cet. Sequuntur complures in aliis ludis victoriae et una Olympica:

Ὀλύμπια ἄνδρας δολιχόν.

---

[1] Kuhnius coniecit *Παραβόλαντι*.

[2] Cave ne Charinum confundas cum Epicharino (Atheniensi?) dolichodromo cuius statuam Athenis vidit Pausanias I. xxiii. 9, ubi recte a recentioribus editoribus receptum esse *Ἐπιχαρίνου* pro *ἐπὶ Χαρίνου* demonstrat superstes ipsa statuae basis, cui inscriptum est: *Ἐπι(χ)αρῖνο(ς ἀνέ)θ(ηκ)εν ὁ(πλιτ)ο(δρό)μ(ος). Κριτίος (κ)αὶ Νησιώτης ἐπο(ιησ)άτην.* Ediderunt hanc inscriptionem Stephani in Rhein. Mus. N. F. IV p. 6, Rangabé, Ant. Hell. I p. 22, et Ross, Kritios Nesiotès Cresilas.

[3] Brunn, Geschichte der Griech. Künstler, I p. 81.

Λάδας Λάκων.

Pausanias II. xix. 7 (versatur in describendo templo Apollinis Lycii apud Argivos): *τοῦ ναοῦ δ' ἐςὶν ἐντὸς Λάδας ποδῶν ὠκύτητι ὑπερβαλόμενος τοὺς ἐφ' αὐτοῦ.*

Idem III. xxi. 1: *προελθόντι δ' αὐτόθεν ςαδίους εἴκοσι τοῦ Εὐρώτα τὸ ῥεῦμα ἐγγυτάτω τῆς ὁδοῦ γίνεται, καὶ Λάδα μνῆμά ἐςιν ὠκύτητι ὑπερβαλομένου ποδῶν τοὺς ἐφ' αὐτοῦ καὶ δὴ καὶ Ὀλυμπίασιν ἐςεφανοῦτο δολιχῷ κρατῶν, δοκεῖν δέ μοι κάμνων αὐτίκα μετὰ τὴν νίκην ἐκομίζετο, καὶ συμβάσης ἐνταῦθά οἱ τελευτῆς ὁ τάφος ἐςὶν ὑπὲρ τὴν λεωφόρον*[1].

Epigrammata duo, quibus Ladae velocitas celebratur, leguntur in Anthol. Graec. Planud. IV. 53 et 54. In altero Epigrammate statuam Ladae Olympicam fecisse dicitur Myro (vs. 3 sq.):

τοῖον ἐχάλκευσέν σε Μύρων, ἐπὶ παντὶ χαράξας
σώματι Πισαίου προσδοκίην ςεφάνου.

Myro floruit c. Olymp. LXXX sqq.[2].

Forte eiusdem Ladae fuit stadium quod Mantineam inter et Orchomenum vidit **Pausanias** VIII. xii. 5: *ἐπὶ δ' ὁδοῖς ταῖς κατειλεγμέναις δύο ἐς Ὀρχομενόν εἰσιν ἄλλαι, καὶ τῇ μέν ἐςι καλούμενον Λάδα ςάδιον, ἐς ὃ ἐποιεῖτο Λάδας μελέτην δρόμου*, cet.

Νικοκλῆς Ἀκριάτης (δίς?).

Pausanias loco laudato p. 105.

---

[1] Curtius, Peloponnesos, II p. 253 sq.: *Der Weg* (Lacedaemone Belminam) *geht quer über die vortretenden Höhen und lässt den Fluss in tiefer Schlucht zur Rechten. Wo er das Bett desselben wieder erreicht und sich unter steilen Felswänden hart am Flusse hinzieht, erkennt man im Felsboden die deutlichen Gleise der alten Uferstrasse und oberhalb derselben eine Höhle mit doppelter Mündung, darunter eine bogenförmig ausgehauene Grabnische.*

Dieser durch die Spuren des Alterthums und die scharfe Ecke des Flussthals leicht kenntliche Ort entspricht genau einer von Pausanias angeführten Station auf dem Wege nach Belmina. Es ist die Grabstätte des Ladas, des schnellsten Läufers seiner Zeit, der auf der Heimreise von Olympia, ehe er als Sieger die nahe Stadt erreichen konnte, starb und hier oberhalb der Heerstrasse, „wo sie sich unmittelbar dem Flusse nähert", bestattet wurde, fünfzig Stadien von Sparta; eine Zahl die bei den Windungen des alten Weges leicht herauskommen konnte.

[2] Braun, Geschichte der Griech. Künstler, I p. 142.

Πυριλάμπης Ἐφέσιος.

Pausanias VI. III. 14 (13): *ἀνάκειται δὲ Πυριλάμπης Ἐφέσιος λαβὼν δολιχοῦ νίκην ..... Πυριλάμπει δ' ὁμώνυμος καὶ ὁ πλάσης, γένος δ' ἐκ Μεσσήνης τῆς ὑπὸ τῇ Ἰθώμῃ.*

Pyrilampes statuarius quando vixerit non traditur; debet autem post Olymp. CII floruisse, quippe qua Messenios restituerit et Messenen *τὴν ὑπὸ τῇ Ἰθώμῃ* condiderit Epaminondas [1].

Φάνας Μεσσήνιος.

Pausanias IV. XVII. 9 (quo loco traditiones profert de proelio *ἐπὶ τῇ καλουμένῃ Μεγάλῃ Τάφρῳ* in bello Messenico secundo): *ἀπέθανον δὲ καὶ τῶν πρωτευόντων ἄλλοι τε ..... καὶ λόγου μάλιςα ἀξίως ἀγωνισάμενος Φάνας, ὃς πρότερον τούτων ἔτι* (l. *ἐπί?*) *δολιχοῦ νίκην Ὀλυμπίασιν ἦν ἀνῃρημένος.*

Pausanias pugnatum dicit *ἐπὶ τῇ Μεγάλῃ Τάφρῳ* anno belli tertio (IV. XVII. 2), i. e. Olymp. XXIV (IV. XV. 1); cui tamen fides haberi non debet, quum et in bellis Messenicis describendis ea proferat quae vix traditionum nomine digna sint, et in belli secundi chronologia ne sibi quidem constet [2].

ΠΑΛΗ.

Ἀναυχίδας Φίλυος Ἠλεῖος.

Pausanias VI. XIV. 11: *Ἀναυχίδας δ' ὁ Φίλυος Ἠλεῖος πάλης ἔσχεν ἐν παισὶ ςέφανον καὶ ἐν ἀνδράσιν ὕςερον· τούτῳ μὲν δὴ τὴν εἰκόνα ὅςις ὁ εἰργασμένος ἐςὶν οὐκ ἴσμεν.*

Βαῦκις Τροιζήνιος.

Pausanias VI. VIII. 4: *Τροιζηνίῳ Βαύκιδι παλαιςὰς καταβαλόντι ἄνδρας ..... Ναυκύδους ἐςὶν ὁ ἀνδριὰς ἔργον.*

Floruit Naucydes c. Olymp. XC—XCV [3].

Γερηνὸς Ναυκρατίτης.

Philostratus *de Gymnast.* p. 90 Darembergii, 54 Mynae: ..

---

[1] Clinton, Fasti Hellenici, II p. 112 sq. ed. 2ae.

[2] Grote, History of Greece, II p. 421 sqq. ed. Americ. Clinton, Fasti Hellenici, I p. 255.

[3] Brunn, Geschichte der Griech. Künstler, I p. 279.

. . . Γερηνῷ τῷ παλαιςῇ, οὗ τὸ σῆμα Ἀθήνησιν ἐν δεξιᾷ τῆς Ἐλευσῖνάδε ὁδοῦ. Ναυκρατίτης μὲν γὰρ ἦν οὗτος, καὶ τῶν ἄριςα παλαισάντων, ὡς τὸ ἐπ' αὐτῷ ἐπίγραμμα δηλοῖ[1] · ἄριςα ἀγωνισάμενος· ἐτύγχανε μὲν ἐν Ὀλυμπίᾳ νενικηκώς, cet.

Δημοκράτης Τενέδιος.

Pausanias VI. xvii. 1: Δημοκράτης Τενέδιος καὶ Ἠλεῖος Κριάννιος, οὗτος μὲν ὅπλου λαβὼν νίκην, Δημοκράτης δ' ἀνδρῶν πάλης. ἀνδριάντας δὲ τοῦ μὲν Μιλήσιος Διονυσικλῆς, τοῦ δὲ Κριαννίου Μακεδὼν Λῦσός ἐςιν ὁ ἐργασάμενος.

Uterque statuarius quando vixerit ignoratur.

Δημοκράτης ὁ παλαιςής commemoratur ab Aeliano *Var. Hist.* IV. 15.

Ἑτοιμοκλῆς Λάκων πεντάκις.

Pausanias III. xiii. 9: τοῦ λόφου δὲ κατὰ τὴν ἐς δεξιὰν ὁδὸν Ἑτοιμοκλέους ἐςὶν εἰκών. τῷ δ' Ἑτοιμοκλεῖ καὶ αὐτῷ καὶ[2] Ἱπποσθένει τῷ πατρὶ πάλης εἰσὶν Ὀλυμπικαὶ νῖκαι, συναμφοτέροις μὲν μία τε καὶ δέκα, τῷ δ' Ἱπποσθένει μιᾷ νίκῃ τὸν υἱὸν παρελθεῖν ὑπῆρξεν.

Hipposthenes vicit Olymp. XXXVII et XXXIX—XLIII. Fieri potest ut ex Hetoemoclis victoriis una inter pueros reportata sit.

Εὐθυμένης Ἀρκὰς ἐκ Μαινάλου.

Pausanias VI. viii. 5: μετὰ δὲ τὸν Βαύκιδά εἰσιν ἀθλητῶν Ἀρκάδων εἰκόνες, Εὐθυμένης τ' ἐξ αὐτῆς Μαινάλου, νίκας τὴν μὲν ἀνδρῶν πάλης τὴν δ' ἔτι πρότερον ἐν παισὶν εἰληφώς, καὶ Ἀζὰν ἐκ Παλλάνας[3] Φίλιππος κρατήσας πυγμῇ παῖδας, καὶ Κριτόδαμος ἐκ Κλείτορος, ἐπὶ πυγμῇ καὶ οὗτος ἀναγορευθεὶς παίδων. τὰς δέ σφισιν εἰκόνας, τὴν μὲν ἐν παισὶ τοῦ Εὐθυμένους Ἄλυπος, τὴν δὲ τοῦ Δαμοκρίτου[4] Κλέων, Φιλίππου δὲ τοῦ Ἀζᾶνος Μύρων τὴν εἰκόνα ἐποίησεν.

Alypus floruit c. Olymp. XCV[5].

---

[1] Sic pro ὡς τὰ ὑπ' αὐτῷ γε δηλοῦσιν emendavit Cobet, de Philostrati libello περὶ γυμνας., p. 26.

[2] Codices hic particulam καὶ omittunt, mox inserunt post νῖκαι.

[3] Codices Πελλάνας. Apud Plinium *Hist. Nat.* IV. vi. 10 § 20 inter Arcadiae oppida recensetur *Pallene*. *Scholion. Paris.* ad Apoll. I. 177 (teste Siebelisio ad h. l.): ἡ τῆς Ἀρκαδίας Παλλήνη τῷ α̅ γράφεται.

[4] Aut hic Κριτοδάμου legendum est, aut supra Δαμόκριτος: potest esse lapsus calami ipsius Pausaniae. Amasaeus utrobique Κριτόδαμος, sed potest sic e coniectura scripsisse.

[5] Brunn, Geschichte der Griech. Künstler, I. p. 280.

.Θεόπομπος Θεοπόμπου Ἡραιεὺς δίς.

Pausanias VI. x. 4: Δαμαρέτῳ δ' Ἡραιεῖ υἱῷ τε τοῦ Δαμαρέτου καὶ υἱωνῷ δύο ἐν Ὀλυμπίᾳ γεγόνασιν ἑκάςῳ νῖκαι, Δαμαρέτῳ μὲν cet. Deinde: Θεοπόμπῳ δὲ τῷ Δαμαρέτου καὶ αὖθις ἐκείνου παιδὶ ὁμωνύμῳ, τῷ μὲν[1] ἐπὶ πεντάθλῳ, Θεοπόμπῳ δὲ τῷ δευτέρῳ πάλης ἐγένοντο αἱ νῖκαι.

Damaretus vicit Olymp. LXV et LXVI.

Καλλιτέλης Λάκων.

Pausanias VI. xvi. 6: ἐνταῦθα καὶ ἅρμα οὐ μέγα ἀνάκειται Πολυπείθους Λάκωνος, καὶ ἐπὶ ςήλης τῆς αὐτῆς Καλλιτέλης ὁ τοῦ Πολυπείθους πατήρ, παλαιςὴς ἀνήρ· νῖκαι δέ σφισι, τῷ μὲν ἵπποις, Καλλιτέλει δὲ παλαίσαντί εἰσιν.

Λεοντίσκος Μεσσήνιος ἐκ Σικελίας δίς.

Pausanias VI. iv. 3: παρὰ δὲ τὸν Σώςρατον παλαιςὴς ἀνὴρ πεποίηται Λεοντίσκος ἐκ Σικελίας τ' ὢν γένος καὶ ἀπὸ τῆς ἐν τῷ πορθμῷ Μεσσήνης· ςεφανωθῆναι δ' ὑπό τ' Ἀμφικτυόνων καὶ δὶς[2] ὑπ' Ἠλείων, εἶναι δ' αὐτῷ λέγεται τὴν πάλην καθὰ δὴ καὶ τὸ παγκράτιον τῷ Σικυωνίῳ Σωςράτῳ· καὶ γὰρ τὸν Λεοντίσκον καταβαλεῖν μὲν οὐκ ἐπίςασθαι τοὺς παλαίοντας, νικᾶν δ' αὐτὸν κλῶντα τοὺς δακτύλους. τὸν δ' ἀνδριάντα Πυθαγόρας ἐποίησεν ὁ Ῥηγῖνος.

Suidas v. ἀκροχειρίζεσθαι et v. Σώςρατος sua descripsit e Pausania.

Floruit Pythagoras c. Olymp. LXXV sqq.[3]

Pausanias VI. ii. 10: θαῦμα δ' εἴπερ ἄλλο τι καὶ τόδ' ἐποιησάμην· Μεσσηνίους γὰρ ἐκ Πελοποννήσου φεύγοντας ἐπέλιπεν ἡ περὶ τὸν ἀγῶνα τύχη τὸν Ὀλυμπικόν. ὅτι γὰρ μὴ Λεοντίσκος καὶ Σύμμαχος τῶν ἐπὶ τῷ πορθμῷ Μεσσηνίων, ἄλλος γ' οὐδεὶς Μεσσήνιος, οὔτε Σικελιώτης, οὔτ' ἐκ Ναυπάκτου, δῆλός ἐςιν Ὀλυμπίασιν ἀνηρημένος νίκην· εἶναι δ' οἱ Σικελιῶται καὶ τούτους τῶν ἀρχαίων Ζαγκλαίων καὶ οὐ Μεσσηνίους φασίν.

Plinius XXXIV. viii. 19 § 59: *Vicit eum* (Myronem) *Pythagoras Rheginus ex Italia pancratiaste Delphis posito; eodem vicit et Leontiscum; fecit et stadiodromon Astylon* cet. Hunc locum ita viri

---

1 Voculae τῷ μὲν desunt in codicibus.

2 Pro ΔΙΣ codices ΑΙΣ. Emendavit Buttmannus.

3 Brunn, Geschichte der Griech. Künstler, I p. 132 sq.

docti interpretantur ut Pythagorae pancratiastes praestantia superasse dicatur Myronem et ipsius Pythagorae Leontiscum. Forte coniungenda sunt *Leontiscum fecit*, ut ante *Leontiscum* nomen statuarii cuiusdam (in accusativo) perierit.

Ναρυκίδας Δαμαρέτου Φιγαλεύς.

Pausanias VI. vi. 1: Ναρυκίδαν τὸν Δαμαρέτου παλαιστὴν ἄνδρα ἐκ Φιγαλείας Σικυώνιος Δαίδαλος ἐποίησεν.

Daedalus floruit c. Olymp. XCV sqq. [1].

Νικασύλος Ῥόδιος.

Pausanias VI. xiv. 1: διάφορον καὶ οὐδαμῶς ἐοικυῖαν ἔσχεν ἐν Ὀλυμπίᾳ τύχην Νικασύλος [2] Ῥόδιος. ὄγδοον γὰρ ἐπὶ τοῖς δέκα ἔτεσι γεγονὼς μὴ παλαῖσαι μὲν ἐν παισὶν ὑπ' Ἠλείων ἀπηλάθη, ἀνηγορεύθη δ' ἐν ἀνδράσιν, ὥσπερ γε καὶ ἐνίκησεν.

Σελεάδας Λακεδαιμόνιος.

Pausanias VI. xvi. 6: Εὐαλκίδᾳ δ' Ἠλείῳ καὶ Σελεάδᾳ Λακεδαιμονίῳ, τῷ μὲν ἐν παισὶν ἐγένοντο πυγμῆς νῖκαι, Σελεάδᾳ δ' ἀνδρῶν πάλης.

Σύμμαχος Αἰσχύλου Ἠλεῖος.

Pausanias VI. i. 3: ἔστι δ' ἐν δεξιᾷ τοῦ ναοῦ τῆς Ἥρας ἀνδρὸς εἰκὼν παλαιστοῦ, γένος δ' ἦν Ἠλεῖος, Σύμμαχος Αἰσχύλου ..... τούτων τῶν κατειλεγμένων εἰργάσατο Ἄλυπος τὰς εἰκόνας Σικυώνιος, Ναυκύδους τοῦ Ἀργείου μαθητής.

Alypus floruit c. Olymp. XCV [3].

Ταυροσθένης Αἰγινήτης.

Pausanias VI. ix. 3: λέγεται δ' ὡς Ταυροσθένην καταπαλαίσειεν ὁ Χείμων τὸν Αἰγινήτην, καὶ ὡς Ταυροσθένης τῇ Ὀλυμπιάδι τῇ ἐφεξῆς καταβάλοι τοὺς ἐσελθόντας ἐς τὴν πάλην, καὶ ὡς ἐοικὸς Ταυροσθένει φάσμα ἐπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐν Αἰγίνῃ φανὲν ἀπαγγείλειε τὴν νίκην.

De hac fama cf. Aelianus *Var. Hist.* IX. 2.

Quando vixerit Taurosthenes, quodammodo exputari potest, quum aequalis fuerit Chimonis, q. v.

---

[1] Brunn, Geschichte der Griech. Küustler, I p. 278.

[2] Codices νίκας ὕλος, νίκας ὕλλος, νίκης ὕλος, unus Mosquensis νικασύλας.

[3] Brunn, Geschichte der Griech. Künstler, I p. 279 sq.

Χείμων Ἀργεῖος.

Pausanias laudatus p. 106, 114.

Naucydes, quem Chimonis statuam fecisse Pausanias tradit, floruit c. Olymp. XC—XCV [1].

. . . . Μιλήσιος.

Photius, Suidas et *Etymologicum Magnum* v. Ἐφέσια γράμματα: *ἐν Ὀλυμπίᾳ Μιλησίου καὶ Ἐφεσίου παλαιόντων, τὸν Μιλήσιον μὴ δύνασθαι παλαίειν, διὰ τὸ τὸν ἕτερον περὶ τῷ ἀςραγάλῳ* (E. M. *τὸν ἀςράγαλον*) *ἔχειν τὰ Ἐφέσια γράμματα. Φανεροῦ δὲ τούτου γενομένου καὶ λυθέντων αὐτῶν* (Suid. *αὐτῷ*), *τριάκοντα τὸ ἑξῆς πεσεῖν τὸν Ἐφέσιον.* Eadem habent Eustathius ad Hom. Od. XIX. 247 p. 1864 ed. Romanae et Apostolius *Proverb.* Cent. XI. 29, in Leutschii et Schneidewini Paroemiogr. Graec. II p. 523. Manifesta hallucinatio est in voce *τριάκοντα* sive, quod Eustathius habet, *τριακοντάκις*: in lucta enim *τρὶς πεσεῖν* = *ἡττηθῆναι.*

ΠΕΝΤΑΘΛΟΝ.

Αἴνητος Λάκων.

Pausanias III. xviii. 7: *τὰ δ' ἐν Ἀμύκλαις θέας ἄξια ἀνὴρ πένταθλός ἐςιν ἐπὶ ςήλης ὄνομα Αἴνητος· τούτῳ νικήσαντι Ὀλυμπίασι καὶ ἔτι ςεφανουμένῳ γενέσθαι τοῦ βίου τὴν τελευτὴν λέγουσιν.*

Αἰσχίνης Ἠλεῖος δίς.

Pausanias VI. xiv. 13: *Αἰσχίνῃ δ' Ἠλείῳ νῖκαί τε δύο ἐγένοντο πεντάθλου καὶ ἴσαι ταῖς νίκαις αἱ εἰκόνες.*

Ἀλεξίβιος Ἡραιεύς.

Pausanias VI. xvii. 4: *Ἐμαυτίωνι δὲ καὶ Ἀλεξιβίῳ τῷ μὲν ἐν παισὶ ςαδίου, Ἀλεξιβίῳ δὲ πεντάθλου γέγονε νίκη, καὶ Ἡραία τ' Ἀρκάδων ἐςὶν αὐτῷ πατρὶς καὶ Ἀκέςωρ ὁ τὴν εἰκόνα εἰργασμένος· Ἐμαυτίωνα δ' ἧς τινος ἦν οὐ δηλοῖ τὸ ἐπίγραμμα· ὅτι δὲ τοῦ Ἀρκάδων ἦν ἔθνους δηλοῖ.*

Brunnio assentior hunc Acestorem non diversum esse ab Acestore Amphionis patre, quem commemorat Pausanias X. xv. 6: *Ἀμφίων Ἀκέςορος Κνώσιος*, nam non solet Pausanias ubi statuarios

---

[1] Brunn, Geschichte der Griech. Künstler, I p. 279.

nominat patris nomen addere, nisi et ipse pater hanc artem exercuerit. Amphion autem floruit c. Olymp. LXXXVIII. [1].

Γόργος Ἠλεῖος τετράκις.
Pausanias loco laudato p. 105.

Γόργος Εὐκλήτου Μεσσήνιος.
Pausanias VI. xiv. 11: Γόργον δὲ τὸν Εὐκλήτου Μεσσήνιον ἀνελόμενον πεντάθλου νίκην ..... Βοιώτιος Θήρων [2] ἐποίησεν.

Polybius VII. x. 2 sqq.: Γόργος ὁ Μεσσήνιος οὐδενὸς ἦν δεύτερος Μεσσηνίων πλούτῳ καὶ γένει· διὰ δὲ τὴν ἄθλησιν κατὰ τὴν ἀκμὴν πάντων ἐνδοξότατος ἐγεγόνει τῶν περὶ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας φιλοσεφανούντων. καὶ γὰρ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν καὶ κατὰ τὴν τοῦ λοιποῦ βίου προςασίαν, ἔτι δὲ καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ςεφάνων, οὐδενὸς ἐλείπετο τῶν καθ' αὐτόν. καὶ μήν, ὅτε καταλύσας τὴν ἄθλησιν ἐπὶ τὸ πολιτεύεσθαι καὶ τὸ πράττειν τὰ τῆς πατρίδος ὥρμησε, καὶ περὶ τοῦτο τὸ μέρος οὐκ ἐλάττω δόξαν ἐξεφέρετο τῆς πρότερον ὑπαρχούσης αὐτῷ· πλεῖςον μὲν ἀπέχειν δοκῶν τῆς τοῖς ἀθληταῖς παρεπομένης ἀναγωγίας, πρακτικώτατος δὲ καὶ νουνεχέςατος εἶναι νομιζόμενος περὶ τὴν πολιτείαν.

Suidas v. Γόργος Polybium descripsit.

Teste Polybio V. v. 4 Gorgus a Messeniis legatus missus est ad Philippum Olympiade CXL.

Θεόδωρος Ἠλεῖος.
Pausanias VI. xvi. 8: Θεόδωρον δὲ λαβόντα ἐπὶ πεντάθλῳ νίκην, καὶ Πύτταλον ..... Ἠλείους σφᾶς ὄντας ἴσω τις.

Θεόπομπος Δαμαρέτου Ἡραιεὺς δίς.
Pausanias laudatus p. 110.
Pater eius, Damaretus, vicit Olymp. LXV et LXVI.

Ἴκκος Νικολαΐδα Ταραντῖνος.
Pausanias VI. x. 5: Ἴκκος δ' ὁ Νικολαΐδα Ταραντῖνος τόν τ'

---

[1] Brunn, Geschichte der Griech. Künstler, I p. 105.

[2] Theronis aetatem *incertam* esse affirmat Sillig, Catal. Artif., in voce. Brunn, Geschichte der Griech. Künstler, I p. 296 recte monuit eum vixisse debere post Olymp. CIII, quum Messenii Olympionicae statuam fecerit. Sed potest multo accuratius Theronis aetas definiri, quoniam de Gorgi Olympionicae aetate constat. Floruit Thero c. Olymp. CXL.

'Ολυμπικὸν ϛέφανον ἔσχεν ἐπὶ πεντάθλῳ, καὶ ὕϛερον γυμναϛὴς ἄριϛος λέγεται τῶν ἐφ' αὐτοῦ γενέσθαι.

Plato *Protag.* p. 316 D: ἐγὼ δὲ τὴν σοφιϛικὴν τέχνην φημὶ μὲν εἶναι παλαιάν, τοὺς δὲ μεταχειριζομένους αὐτὴν τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν, φοβουμένους τὸ ἐπαχθὲς αὐτῆς, πρόσχημα ποιεῖσθαι τοὺς μὲν ποίησιν ..... ἐνίους δέ τινας ᾔσθημαι καὶ γυμναϛικήν, οἷον Ἴκκος ὁ Ταραντῖνος.

Cf. Plato eiusque Scholiasta loco laudato ad Olymp. LXXIII p. 52 nota 1. Perperam a Platonis Scholiasta ϛαδιοδρόμος vocatur; vix melius Aelianus *Var. Hist.* XI. 3 Iccum παλαιϛήν fuisse narrat. Laudatur ut eximius gymnastes a Luciano *quom. sit hist. conscrib.* 35.

Κλεάρετος Ἠλεῖος.

Pausanias VI. xvi. 9: Κλεάρετός τ' ἐϛὶν Ἠλεῖος πεντάθλου λαβὼν ϛέφανον.

Κλεινόμαχος Ἠλεῖος.

Pausanias VI. xv. 1: Κλεινόμαχον Ἠλεῖον ὅϛις ὁ ποιήσας ἐϛὶν οὐκ ἴσμεν· ἀνηγορεύθη δ' ὁ Κλεινόμαχος ἐπὶ νίκῃ πεντάθλου.

Λύκος Μεσσήνιος.

Pausanias II. vii. 2: ἐκ δὲ τῆς Κορινθίας ἐλθοῦσιν ἐς τὴν Σικυωνίαν Λύκου Μεσσηνίου μνῆμά ἐϛιν, ὅϛις δὴ οὗτος ὁ Λύκος· οὐ γάρ τινα Λύκον εὑρίσκω Μεσσήνιον ἀσκήσαντα πένταθλον οὐδ' Ὀλυμπικὴν ἀνῃρημένον νίκην. Videtur igitur traditio ibi exstitisse Lycum Olympiae victoriam reportasse pentathlo.

Μενάλκης Ἠλεῖος.

Pausanias VI. xvi. 5: τοῦ δ' Ἀριϛείδου ἐγγύτατα Μενάλκης ἕϛηκεν Ἠλεῖος ἀναγορευθεὶς Ὀλυμπίασιν ἐπὶ πεντάθλῳ.

Πυθοκλῆς Ἠλεῖος.

Pausanias VI. vii. 10: τὴν δ' ἐφεξῆς ταύτῃ (εἰκόνα), πένταθλον Ἠλεῖον Πυθοκλέα, Πολύκλειτός ἐϛιν εἰργασμένος.

Non traditur uter Polycletus Pythoclis statuam fecerit: maior, qui c. Olymp. LXXXV, an minor, qui c. Olymp. XCV floruit [1].

---

[1] Brunn, Geschichte der Griech. Künstler, I p. 211, 214. 280 sq.

Στόμιος Ἠλεῖος.

Pausanias VI. III. 2 sq.: *μετὰ δὲ τὸν Χαιρέαν ..... ἀνὴρ Ἠλεῖος ἀνάκειται Στόμιος ..... Στομίῳ δὲ πενταθλοῦντι*[1] *ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ Νεμείων τρεῖς ὑπῆρξεν ἀνελέσθαι νίκας. τὸ δ' ἐπίγραμμα τὸ ἐπ' αὐτῷ καὶ τάδ' ἐπιλέγει, τῆς ἵππου τ' Ἠλείοις αὐτὸν ἡγούμενον ἀναςῆσαι τρόπαια καὶ ἄνδρα τοῖς πολεμίοις ςρατηγοῦντα ἀποθανεῖν ὑπὸ τοῦ Στομίου μονομαχήσαντά οἱ κατὰ πρόκλησιν. εἶναι δ' αὐτὸν ἐκ Σικυῶνος οἱ Ἠλεῖοί φασι καὶ ἄρχειν Σικυωνίων, ςρατεῦσαι δ' ἐπὶ Σικυῶνα αὐτοὶ φιλίᾳ Θηβαίων ὁμοῦ τῇ ἐκ Βοιωτίας δυνάμει. φαίνοιτο ἂν οὖν ἡ ἐπὶ Σικυῶνα Ἠλείων καὶ Θηβαίων ςρατεία γεγενῆσθαι μετὰ τὸ ἀτύχημα Λακεδαιμονίοις τὸ ἐν Λεύκτροις.*

Leuctrica calamitas accidit Olymp. CII, 2[2]. Teste **Diodoro Siculo** XV. 69 Thebani Olymp. CII, 4, adiunctis sibi Eleis aliisque Peloponnesiis (cap. 68), et alias urbes ceperunt et Sicyonem.

Τίμων Ἠλεῖος.

Pausanias V. II. 5 (quo loco de causa disputat ob quam Eleis interdictum fuerit ludis Isthmicis): *Τίμωνι ἀνδρὶ Ἠλείῳ γεγόνασι πεντάθλου νῖκαι τῶν ἐν Ἕλλησιν ἀγώνων, καί οἱ καὶ εἰκὼν ἐςιν ἐν Ὀλυμπίᾳ, καὶ ἐλεγεῖον, ςεφάνους θ' ὁπόσους ἀνείλετο ὁ Τίμων λέγον, καὶ δὴ καὶ αἰτίαν δι' ἥντινα Ἰσθμικῆς οὐ μέτεσιν αὐτῷ νίκης.*

Idem VI. XVI. 2: *Τίμωνι δ' ἀγώνων τε νῖκαι τῶν ἐν Ἕλλησιν ὑπάρχουσιν ἐπὶ πεντάθλῳ πλὴν τοῦ Ἰσθμικοῦ. τούτου δὲ τὸ μὴ ἀγωνιςὴς γενέσθαι κατὰ τὰ αὐτὰ Ἠλείοις τοῖς ἄλλοις εἴργετο. καὶ τάδ' ἄλλα φησὶ τὸ ἐς αὐτὸν ἐπίγραμμα, Αἰτωλοῖς αὐτὸν ἐπιςρατείας μετασχεῖν ἐπὶ Θεσσαλοὺς καὶ φρουρᾶς ἡγεμόνα ἐν Ναυπάκτῳ φιλίᾳ γενέσθαι τῇ ἐς Αἰτωλούς.*

Forte eandem Aetolorum in Thessaliam expeditionem voluit **Pausanias**, quam memorat **Diodorus Siculus** XVIII. 38. Haec autem suscepta est Olymp. CXIV.

Ὕσμων Ἠλεῖος.

Pausanias VI. III. 9 sq.: *Ὕσμωνι τῷ Ἠλείῳ ἀθλήσαντι πένταθλον ἥ τ' Ὀλυμπικὴ νίκη καὶ Νεμείων γέγονεν ἡ ἑτέρα, Ἰσθμίων δὲ δῆλα ὡς καὶ οὗτος κατὰ ταὐτὰ Ἠλείοις τοῖς ἄλλοις εἴργετο. λέγεται δὲ παιδὶ ἔτι ὄντι τῷ Ὕσμωνι κατασκῆψαι ῥεῦμα ἐς τὰ νεῦρα καὶ αὐτὸν*

---

[1] Sic Bekkerus; codices *πένταθλόν τε*.

[2] Clinton, Fasti Hellenici, II p. 112 ed. 2ae.

ἐπὶ τούτῳ μελετῆσαι πένταθλον, ἵνα δὴ ἐκ τῶν πόνων ὑγιής τε καὶ ἄνοσος ἀνὴρ εἴη. τῷ δ' ἄρα τὸ μάθημα καὶ νίκας ἔμελλεν ἐπιφανεῖς οὕτω παρασκευάσειν. ὁ δ' ἀνδριὰς αὐτῷ Κλέωνος μέν ἐϛιν ἔργον, ἔχει δ' ἁλτῆρας ἀρχαίους.

Cleon floruit c. Olymp. XCVIII sqq. [1].

. . . . Λάκων.

Pausanias VI. I. 7: τὸ δ' ἐπίγραμμά φησι τὸ ἐπ' αὐτῷ ('Αναξάνδρῳ Λακεδαιμονίῳ) τοῦ πατρὸς τοῦ 'Αναξάνδρου πρότερον ἔτι ϛεφανωθῆναι τὸν πατέρα πεντάθλῳ.

ΠΤΓΜΗ.

'Αγήσαρχος Αἱμοϛράτου Τριταιεύς.

Pausanias VI. XII. 8: 'Αγήσαρχον δὲ τὸν Αἱμοϛράτου Τριταιέα κρατῆσαι μὲν πύκτας ἄνδρας ἐν 'Ολυμπίᾳ καὶ Νεμέᾳ τε καὶ Πυθοῖ καὶ ἐν 'Ισθμῷ μαρτυρεῖ τὸ ἐλεγεῖον, 'Αρκάδας δὲ τοὺς Τριταιεῖς εἶναι τοῦ ἐλεγείου λέγοντος ἀληθεῦον οὐχ [2] εὕρισκον. πόλεων γὰρ τῶν ἐν 'Αρκαδίᾳ ταῖς μὲν ἐπειλημμέναις δόξης οὐδὲ τὰ ἐς τοὺς οἰκιϛάς ἐϛιν ἄγνωϛα· τὰς δ' ἐξ ἀρχῆς θ' ὑπ' ἀσθενείας ἀφανεϛέρας καὶ δι' αὐτὸ ἀνοικισθείσας ἐς Μεγάλην πόλιν, περιέχει σφᾶς γενόμενον τόθ' ὑπὸ τοῦ 'Αρκάδων κοινοῦ δόγμα· οὐδέ τινα ἔϛιν ἐν Ἕλλησι Τριταίαν πόλιν ἄλλην γ' ἢ τὴν 'Αχαιῶν εὑρεῖν. τηνικαῦτα γοῦν ἐς 'Αρκάδας ἡγοῖτο ἄν τις συντελέσαι τοὺς Τριταιεῖς [3] καθὰ καὶ νῦν ἔτι 'Αρκάδων αὐτῶν εἰσιν οἱ ἐς τὸ 'Αργολικὸν τελοῦντες. τοῦ 'Αγησάρχου δ' ἐϛὶν ἡ εἰκὼν τέχνη τῶν Πολυκλέους παίδων.

---

[1] Brunn, Geschichte der Griech. Künstler, I p. 285.

[2] Codices hoc loco negationem omittunt, paullo post eandem inserunt ante vocem περιέχει.

[3] «Mit der Zerstörung Korinths durch Mummius (Olympiade 158, 3) wurden die alten Staatenbünde Griechenlands aufgelöst: Paus. VII, 16, 6. Damals musste es ganz im Sinne der Eroberer liegen nameutlich das Gewicht des achaeischen Namens zu verringern; und so mochte damals Tritaea, welches nicht an der Küste, sondern gerade an der Grenze Arkadiens lag, diesem Lande von den Römern zugetheilt worden sein, bis es später Augustus aus politischen Gründen anderer Art unter die Herrschaft von Patrae stellte: Paus. VII, 22, 4; vgl. 18, 6." Brunn, Geschichte der Griech. Künstler, I p 538.

Polycles is, cuius filii Timocles et Timarchides Agesarchi statuam finxere, floruit c. Olymp. CLVI [1].

Eundem forte Agesarchum voluit Diogenianus apud Eusebium Praepar. Euang. VI. viii. 28: ὥσπερ γὰρ εἰ λέγοντός τινος Ἡγήσαρχον τὸν πύκτην ἐξελεύσεσθαι τοῦ ἀγῶνος πάντως ἄπληκτον ἀτόπως ἄν τις ἠξίου καθιέντα τὰς χεῖρας τὸν Ἡγήσαρχον μάχεσθαι ..... οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἔχει.

Ἀλκαίνετος Θεάντου Ἠλεῖος ἐκ Λεπρέου.

Pausanias VI. vii. 8: ἐγένοντο δὲ καὶ Ἀλκαινέτῳ τῷ Θεάντου Λεπρεάτῃ καὶ αὐτῷ καὶ τοῖς παισὶν Ὀλυμπικαὶ νῖκαι. αὐτὸς μέν γε πυκτεύων ὁ Ἀλκαίνετος ἔν τ' ἀνδράσι καὶ πρότερον ἔτι ἐπεκράτησεν ἐν παισίν.

De Alcaeneti aetate quodammodo constat, quum Olymp. LXXXIX et XC filii eius inter pueros palmas tulerunt.

Cur scripserim Ἠλεῖος ἐκ Λεπρέου vid. ad Olymp. LXXXIX p. 51 nota 6.

Ἀριστίων Θεοφίλου Ἐπιδαύριος.

Pausanias VI. xiii. 6: Θερσίλοχον δὲ Κερκυραῖον καὶ Ἀριστίωνα Θεοφίλου Ἐπιδαύριον, τὸν μὲν ἀνδρῶν πυγμῆς, Θερσίλοχον δὲ λαβόντα ἐν παισὶ στέφανον, Πολύκλειτος ἐποίησε σφᾶς ὁ Ἀργεῖος.

Duo fuere statuarii quibus nomen Polycletus; alter c. Olymp. LXXXV floruit, alter c. Olymp. XCV [2].

Ἄρχιππος Μυτιληναῖος.

Pausanias VI. xv. 1: Ἀρχίππῳ δὲ Μυτιληναίῳ τοὺς ἐς τὴν πυγμὴν ἐσελθόντας κρατήσαντι ἄνδρας ἄλλο τοιόνδε προσποιοῦσιν οἱ Μυτιληναῖοι ἐς δόξαν, ὡς καὶ τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ Πυθοῖ καὶ Νεμέᾳ καὶ Ἰσθμοῖ λάβοι στέφανον ἡλικίαν οὐ πρόσω γεγονὼς ἐτῶν εἴκοσιν.

Ἀσάμων Ἠλεῖος.

Pausanias loco laudato p. 105.

Pyrilampes Messenius, quem Asamonis statuam Pausanias fecisse tradit, quando vixerit non traditur. Vixisse tamen debet post Messenios ab Epaminonda Olymp. CII restitutos.

---

[1] Brunn, Geschichte der Griech. Künstler, I. p. 537.

[2] Brunn, Geschichte der Griech. Künstler, I p. 211, 214, 280 sq.

Βριμίας Ἠλεῖος.

Pausanias VI. XVI. 5: *μετὰ δὲ τοῦτον Βριμίας ἐςὶν Ἠλεῖος κρατήσας ἄνδρας πυγμῇ.*

Δάμαρχος[1] Δινύττα Παρράσιος.

Pausanias VI. VIII. 2: *ἐς δὲ πύκτην ἄνδρα γένος μὲν Ἀρκάδα ἐκ Παρρασίων, Δάμαρχον δ' ὄνομα, οὔ μοι πιςὰ ἦν, πέρα γε τῆς ἐν Ὀλυμπίᾳ νίκης, ὁπόσα ἄλλα ἀνδρῶν ἀλαζόνων ἐςὶν εἰρημένα, ὡς ἐξ ἀνθρώπου μεταβάλοι τὸ εἶδος ἐς λύκον ἐπὶ τῇ θυσίᾳ τοῦ Λυκαίου Διός, καὶ ὡς ὕςερον τούτων ἔτει δεκάτῳ γένοιτο αὖθις ἄνθρωπος*[2]. *οὐ μὴν οὐδ' ὑπὸ τῶν Ἀρκάδων λέγεσθαί μοι τοῦτ' ἐφαίνετο ἐς αὐτόν· ἐλέγετο γὰρ ἂν καὶ ὑπὸ τοῦ ἐπιγράμματος τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ. ἔχει γὰρ δὴ οὕτως* (Anthol. Graec. append. 374):

Υἱὸς Δινύττα Δάμαρχος τήνδ' ἀνέθηκεν
Εἰκόν' ἀπ' Ἀρκαδίας Παρράσιος γενεάν.

Agriopas apud Plinium Hist. Natur. VIII. XXII. 34. § 82: *Mirum est, quo procedat Graeca credulitas. Nullum tam impudens mendacium est ut teste careat. Itaque Agriopas qui Olympionicas scripsit narrat Demaenetum Parrhasium in sacrificio, quod Arcades Jovi Lycaeo humana etiamtum hostia faciebant, immolati pueri exta degustasse et in lupum se convertisse, eundem decumo anno restitutum athleticae certasse in pugilatu victoremque Olympia reversum.*

Varro apud Augustinum de Civit. Dei XVIII. 17: *Hoc Varro ut adstruat, commemorat alia non minus incredibilia ..... denique etiam nominatim expressit quendam Demaenetum, cum gustasset de sacrificio quod Arcades immolato puero Deo suo Lycaeo facere solerent, in lupum fuisse mutatum, et anno decimo in figuram propriam restitutum pugilatu sese exercuisse et Olympico vicisse certamine.* Sine dubio **Varro** aut **Agriopam** descripsit aut eundem quem **Agriopas**.

---

[1] Apud **Plinium** et **Augustinum** *Δημαίνετος* audit. Sed cogunt numeri in epigrammate laudato.

[2] **Pausanias** VIII. II. 6: *λέγουσι γὰρ δὴ ὡς Λυκάονος ὕςερον ἀεί τις ἐξ ἀνθρώπου λύκος γίνοιτο ἐπὶ τῇ θυσίᾳ τοῦ Λυκαίου Διός, γίνοιτο δ' οὐκ ἐς ἅπαντα τὸν βίον· ὁπότε δ' εἴη λύκος, εἰ μὲν κρεῶν ἀπόσχοιτο ἀνθρωπίνων, ὕςερον ἔτει δεκάτῳ φασὶν αὐτὸν αὖθις ἄνθρωπον ἐκ λύκου γίνεσθαι, γευσάμενον δ' ἐς ἀεὶ μένειν θηρίον.*

Δαμοξενίδας Μαινάλιος.

Pausanias VI. vi. 3: Νικόδαμος δ' ὁ πλάστης ὁ ἐκ Μαινάλου Δαμοξενίδαν ἄνδρα πύκτην ἐποίησεν ἐκ Μαινάλου.

Floruit Nicodamus c. Olymp. XCI [1].

[*Διόγνητος Κρής.*

Ptolemaeus Hephaestio apud Photium cod. CXC, p. 151a Bekkeri: ὡς Διόγνητος ὁ Κρής, ὁ πύκτης, νικήσας οὐ λάβοι τὸν στέφανον ἀλλὰ καὶ ἐλαθείη ὑπ' Ἠλείων, διότι ὁ νικηθεὶς καὶ ἀναιρεθεὶς ὑπ' αὐτοῦ Ἡρακλῆς ἐκαλεῖτο ὁμωνυμῶν τῷ ἥρωϊ· τοῦτον τὸν Διόγνητον ὡς ἥρωα Κρῆτες τιμῶσιν.]

Ἐπιθέρσης Μητροδώρου Ἐρυθραῖος δίς.

Pausanias VI. xv. 6: Ἐρυθραῖοι δ' οἱ Ἴωνες Ἐπιθέρσην τὸν Μητροδώρου, δύο μὲν ἐν Ὀλυμπίᾳ πυγμῆς, δὶς δὲ Πυθοῖ νίκας καὶ ἐν Νεμέᾳ τε καὶ ἐν Ἰσθμῷ λαβόντα ..... ἀνέθεσαν.

Εὐάνθης Κυζικηνός.

Pausanias VI. iv. 10: Εὐάνθει δὲ Κυζικηνῷ γεγόνασι πυγμῆς νῖκαι, μία μὲν ἐν ἀνδράσιν Ὀλυμπική, Νεμείων δ' ἐν παισὶ καὶ Ἰσθμίων.

Εὐκλῆς Καλλιάνακτος Ῥόδιος.

Cf. ad Olymp. LXXXIX p. 43 nota 2.

Pausanias loco ibi laudato sic pergit: Διαγόρου δὲ καὶ οἱ τῶν θυγατέρων παῖδες πύξ τ' ἤσκησαν καὶ ἔσχον Ὀλυμπικὰς νίκας, ἐν μὲν ἀνδράσιν Εὐκλῆς Καλλιάνακτός τ' ὢν καὶ Καλλιπατείρας τῆς Διαγόρου, Πεισίρροδος δ' ἐν παισίν, ὃν ἡ μήτηρ ἀνδρὸς ἐπιθεμένη γυμναστοῦ σχῆμα ἐπὶ τῶν Ὀλυμπίων αὐτὴ τὸν ἀγῶνα ἤσκησεν. οὗτος δ' ὁ Πεισίρροδος καὶ ἐν τῇ Ἄλτει παρὰ τῆς μητρὸς τὸν πατέρα ἕστηκεν.

Idem VI. vi. 2: ἐπὶ δὲ τούτοις Εὐκλῆς ἀνάκειται Καλλιάνακτος, γένος μὲν Ῥόδιος, οἴκου δὲ τοῦ Διαγοριδῶν· θυγατρὸς γὰρ Διαγόρου παῖς ἦν, ἐν δ' ἀνδράσι πυγμῆς ἔσχεν Ὀλυμπικὴν νίκην. τούτου μὲν δὴ ἡ εἰκὼν Ναυκύδους ἐστὶν ἔργον.

Tria igitur sunt e quibus Euclis aetas quodammodo cognoscitur: 1° avus eius, Diagoras, pugilatus palmam tulit Olymp. LXXIX; 2° eius avunculus, Dorieus, pancratio vicit Olymp. LXXXVII—LXXXIX

[1] Brunn, Geschichte der Griech. Künstler, I p. 287.

3° qui statuam eius fecit, Naucydes, floruit c. Olymp. XC—XCV [1].

Κλεόμαχος Μάγνης ἀπὸ Μαιάνδρου.

Tertullianus *de pallio* IV p. 20 Salmasii: *sed et qui ante Tyrinthium accesserat, pugil Cleomachus, post Olympiae cum incredibili mutatu de masculo fluxisset, intra cutem caesus et ultra, inter Fullones iam Novianos coronandus, meritoque mimographo Lentulo in Catinensibus commemoratus*, cet.

Strabo XIV. I. 41 p. 648 Casauboni: ἄνδρες δ' ἐγένοντο γνώριμοι Μάγνητες Ἡγησίας θ' ὁ ῥήτωρ, ... καὶ Κλεόμαχος ὁ πύκτης, ὃς εἰς ἔρωτα ἐμπεσὼν Κιναίδου τινὸς καὶ παιδίσκης ὑπὸ κιναίδῳ τρεφομένης ἀπεμιμήσατο τὴν ἀγωγὴν τῶν παρὰ τοῖς κιναίδοις διαλέκτων καὶ τῆς ἠθοποιίας.

Lentulus mimographus aequalis fere fuit Iuvenalis [2].

Λάβαξ Εὔφρονος Ἠλεῖος ἐκ Λεπρέου.

Pausanias VI. III. 4: ἐφεξῆς δ' ἀνάκειται πύκτης ἐκ Λεπρέου τοῦ Ἠλείων Λάβαξ Εὔφρονος.

De ethnico cf. ad Olymp. LXXXIX p. 51 nota 6.

Νικοφῶν Μιλήσιος.

Antipater Sidonius in Anthol. Graec. VI. 256:

Ταύρου βαθὺν τένοντα, καὶ σιδαρέους
Ἄτλαντος ὤμους, καὶ κόμαν Ἡρακλέους
σεμνάν θ' ὑπήναν, καὶ λέοντος ὄμματα
Μιλησίου γίγαντος οὐδ' Ὀλύμπιος
Ζεὺς ἀτρόμητος εἶδεν, ἄνδρας ἡνίκα
πυγμὰν ἐνίκα Νικοφῶν Ὀλύμπια.

Descripsit hoc epigramma Eclogarius Parisinus p. 155 Crameri in Anecd. Graec. Paris. vol. II.

Antipater Sidonius vixit c. Olymp. CLXIV [3].

Πλούταρχος.

Philostratus *Heroic.* II. 6: Πλούταρχος ..... ὁ πύκτης ..... ἀνιὼν τὴν δευτέραν Ὀλυμπιάδα ἐπὶ τοὺς ἄνδρας ..... ἠγωνίζετο μὲν

1 Brunn, Geschichte der Griech. Künstler, I p. 279.
2 Bähr, Geschichte der Röm. Literatur, I p. 203 ed. 3ae.
3 Clinton, Fasti Hellenici, III p. 527 sq. ed. 2ae.

ἐν Ὀλυμπίᾳ πρὸς Ἑρμείαν τὸν Αἰγύπτιον τὴν τοῦ ϛεφάνου νίκην, ἀπειρηκότες δ' ὁ μὲν ὑπὸ τραυμάτων, ὁ δ' ὑπὸ δίψης, καὶ γὰρ ἀκμάζουσα μεσημβρία περὶ τὴν πυγμὴν εἰσήκει, νεφέλη ἐς τὸ ϛάδιον καταρρήγνυται καὶ διψῶν ὁ Πλούταρχος ἔσπασε τοῦ ὕδατος, ὃ ἀνειλήφει τὰ περὶ τοῖς πήχεσι κώδια ..... καὶ ἔτυχε τῆς νίκης.

Plutarchus aequalis erat Aurelii Helicis (Olymp. CCXLIX et CCL).

Σάτυρος Λυσιάνακτος Ἠλεῖος δίς.

Pausanias VI. IV. 5: Σάτυρος δ' Ἠλεῖος Λυσιάνακτος πατρός, γένους δὲ τοῦ Ἰαμιδῶν, ἐν Νεμέᾳ πεντάκις ἐνίκησε πυκτεύων καὶ Πυθοῖ τε δὶς καὶ δὶς ἐν Ὀλυμπίᾳ. τέχνη δ' Ἀθηναίου Σιλανίωνος ὁ ἀνδριάς ἐϛιν.

Silanio floruit c. Olymp. CX [1].

Μάρκος Τύλλιος δίς.

Inscriptio Attica, in Boeckhii Corp. Inscript. n. 247 Tom. I p. 361 sq.: Μάρκος Τύλλιος ..... Ἀπαμεὺς τῆς Βιθυνίας, Ἀθηναῖος, Κορίνθιος, Ζμυρναῖος, μόνος καὶ πρῶτος τῶν ἀπ' αἰῶνος πυκτῶν νεικήσας κατὰ τὸ ἑξῆς Πανελλήνια, Ὀλύμπια, Ἴσθμια, Ἀδριάνεια Ῥώμῃ. Clypeis inscripta leguntur et aliae Tullii victoriae et hac: Ὀλύμπια δὶς ἐν Πείσῃ.

.... Χείλωνος Λάκων.

Hermippus apud Diogenem Laertium I. III. 5 (72) de Chilone Lacedaemonio: ἐτελεύτησε δ', ὥς φησιν Ἕρμιππος, ἐν Πίσῃ, τὸν υἱὸν Ὀλυμπιονίκην ἀσπασάμενος πυγμῆς.

Diogenes Laertius I. III. 5 (73), in Anthol. Graec. VII. 88:

Φωσφόρε, σοί, Πολύδευκες ἔχω χάριν, οὕνεκεν υἱός
  Χείλωνος πυγμῇ χλωρὸν ἕλεν κότινον·
εἰ δ' ὁ πατὴρ ϛεφανοῦχον ἰδὼν τέκνον ἤμυσεν ἡσθείς,
  οὐ νεμεσητόν· ἐμοὶ τοῖος ἴτω θάνατος.

Pausanias VI. ii. 2, ubi Spartanorum aliquot victorias curules recenset: Λυκῖνος δ' ἀγαγὼν ἐς Ὀλυμπίαν πώλους καὶ οὐ δοκιμασθέντος ἑνὸς ἐξ αὐτῶν, καθῆκεν ἐς τῶν ἵππων τὸν δρόμον τῶν τελείων τοὺς πώλους καὶ ἐνίκα δι' αὐτῶν· ἀνέθηκε δὲ καὶ ἀνδριάντας δύο ἐς Ὀλυμπίαν, Μύρωνος τοῦ Ἀθηναίου ποιήματα.

Equuleorum quadrigae adscitae sunt Olymp. XCIX: ergo non potest Lycini victoria ante hanc Olympiadem reportata esse. At Myro floruit c. Olymp. LXXX sqq., et quamquam citra Olymp.

---

1 Codices ἐπιγράμματα ἐς τὴν Κυνίσκαν ἔχοντα. Vindobonensis alter habet ἐπίγραμμα ἐς τὴν Κυνίσκαν ἔχοντα. Cf. Pausanias III. viii. 2.

2 Eadem verba leguntur apud Plutarchum *Lacon. Apophthegm.* p. 212 ed, Londin., ubi pro εἰς ἅρμα καθίσασαν reponatur ἅρμα καθεῖσαν. Non solebant οἱ ἱπποτροφοῦντες ipsi ἡνιοχεῖν, quod si quis Cyniscam tamen fecisse putet, inspiciat Pausaniae locum laudatum e libro VI.

3 Clinton, Fasti Hellenici, II p. 213 ed. 2ae.

XC vitam protraxisse possit, non potest tamen Lycini statuas Olympicas fecisse, si vera fama est Lycinum Olympiam venisse equuleorum quadrigis certaturum[1].

Μεγακλῆς Ἀθηναῖος.

Duo sunt huius nominis Alcmaeonidae qui feruntur Olympiae curuli certamine vicisse, Cylonis adversarius alter, alter Pisistrati aequalis; quam tamen famam adversari **Pindari** testimonio *unam* Olympicam victoriam Alcmaeonidarum genti tribuentis, monuit Boeckhius in Explicat. ad Pindari Pyth. VII, ubi de Alcmaeonidarum victoriis egit p. 300 sqq. **Pindarus** enim *Pyth*. VII (quo carmine alius Megaclis, qui aut Clisthenis legislatoris filius fuit aut fratris eius Hippocratis, victoriam Pythicam celebravit[2]) vs. 13 sqq.:

ἄγοντι δέ με πέντε μὲν Ἰσθμοῖ
νῖκαι, μία δ' ἐκπρεπής
Διὸς Ὀλυμπιάς,
δύο δ' ἀπὸ Κίρρας,
ὦ Μεγάκλεες, ὑμαί τε καὶ προγόνων.

Una haec Olympica Alcmaeonidarum victoria non potest alia esse quam Alcmaeonis, de qua vid. supra p. 139. Videndum igitur an testes de Megaclis utriusque victoriis Olympicis satis boni sint. Sunt autem hi.

Scholiasta Pindari ad Pyth. VII inscript., p. 391 Boeckhii: *γέγραπται ἡ ᾠδὴ Μεγακλεῖ Ἀθηναίῳ ..... ἐςι δ' οὗτος οὐχ ὁ τὰ Ὀλύμπια νενικηκώς, ἀλλ' ἕτερος ..... τὴν γὰρ τεσσαρακοςὴν ἑβδόμην ἐκεῖνος Ὀλυμπιάδα ἀναγράφεται νενικηκώς.*

Scholiasta Aristophanis ad Nub. 64: *ὁ Ξάνθιππος Περικλέους ἦν πατήρ, ὃς ἦν τοῦ τῶν Ἀλκμαιωνιδῶν γένους. ἐσεμνύνετο δὲ τὸ γύναιον θείῳ Μεγακλεῖ τῷ νικήσαντι τρὶς Ὀλύμπια καὶ δι' ἱπποτροφίαν κατελθόντι ἐκ τῆς φυγῆς. ἐδίωξε γὰρ αὐτὸν ὁ Πεισίςρατος, ὃν καὶ μετεπέμψατο παραχωρήσαντα αὐτῷ τὸ τῆς νίκης κήρυγμα*[3].

---

[1] Fugit haec difficultas Brunnium, Geschichte der Griech. Künstler, I p. 142, ubi Myronis aetatem definit.

[2] Vid. Boeckhius l. l. p. 303.

[3] Verba *ἐδίωξε* — *κήρυγμα* absunt a codice Ravennate et Veneto.

Corruptos testes esse quum **Pindarus** arguat, tres Boeckhius ad eos destruendos proposuit hypotheses:

1° *quod apud Schol. Aristoph. de hoc Megacle dicitur, τρίτον νικήσαντι Ὀλύμπια, ut Schol. id protulit falsum est: at Schol. habuit ab antiquiore scriptore, qui hoc ita pronunciaverat, non ut tres Megacles Olympicas victorias reportasse, sed ut post duas alias una Olympica potitus esse diceretur.*

2° quod ad Pindari Scholiastam, *numerus, ut solet in Scholiis vitiatus est: scribe τὴν γὰρ πεντηκοστὴν ἑβδόμην ἐκεῖνος Ὀλυμπιάδα ἀναγράφεται νενικηκώς. Ita constituta lectione Megaclis Archontis Olympica victoria, quae Olymp. 47. contigisse fertur, sublata est et in Megaclem Pisistrati aequalem translata; nempe eadem est quam Pisistrato Megacles dicitur gratificatus esse.*

3° intelligens Boeckhius fieri non posse ut Olymp. LVII Megacles Pisistrato victoriam eo consilio gratificatus sit, ut ab exsilio revocaretur, *de hac re*, inquit, *ita iudico, Megaclem postquam Pisistrato filiam collocaverat, nihil omisisse, quo sibi hunc devinciret, ut Pisistrati ope adversarios vinceret, quibuscum Megacles etiam sub Pisistrato certabat (Herodot. I, 61.): itaque Pisistrato Olympicam victoriam a sese paratam concessit Olymp. 57, 1 ..... sed grammaticus de frequentibus Alcmaeonidarum exiliis cogitans finxit, Megaclem, ut sibi reditum pararet, exulem Pisistrato esse victoriam gratificatum.*

Superest igitur una Megaclis Pisistrato aequalis victoria Olympica, sed, ita Boeckhius rationes concludit, *haec Pindaro non adversatur. In Olympionicarum catalogis a Megacle hanc victoriam partam esse merito docti notabant, quia id verum erat: Megacles tamen illam non sibi sed Pisistrato tribuerat, quod ipsum in Olympionicarum iudicibus non omissum fuisse censeo: a Pindaro haec victoria tribui Alcmaeonidis non potuit, quum Pisistratus victor renunciatus et corona potitus esset.*

Si simplex est sigillum veri, vereor ut Boeckhii rationes probentur omnibus. Quod ad Megaclem Pisistrati aequalem, simplicior hypothesis haec est, **Scholiastam Aristophanis** errasse in nomine, et in Megaclem Alcmaeonidam transtulisse famam, quam audiverat aut legerat de Cimone Stesagorae filio[1]. De alterius

[1] Cf. **Herodotus** laudatus p. 24 nota 2.

Megaclis victoria non habeo quod facile probetur; nam quum Pindari Scholiasta non memoriter famam de ea referat, sed anagraphen quandam inspexerit (*ἀναγράφεται νενικηκώς*), non admodum verisimile est erratum esse in nomine; alioquin Olympias XLVII optime conveniret cum Alcmaeonis aetate. Forte Olymp. XLVII Megacles quidam vicit, Atheniensis quidem, sed ex alia gente, quem igitur Alcmaeonidam fuisse temere crediderit Scholiasta, nomine deceptus.

Μιλτιάδης Κυψέλου Ἀθηναῖος.

Cf. ad Olymp. LXII p. 24 nota 2 et p. 142.

Herodotus VI. 36, ubi historiam narrat coloniae Atticae Miltiade duce in Chersonesum Thracicam profectae: *οὕτω δὴ Μιλτιάδης ὁ Κυψέλου, Ὀλύμπια ἀναραιρηκὼς πρότερον τούτων τεθρίππῳ, τότε παραλαβὼν Ἀθηναίων πάντα τὸν βουλόμενον μετέχειν τοῦ στόλου ἔπλωε ἅμα τοῖσι Δολόγκοισι καὶ ἔσχε τὴν χώρην · καί μιν οἱ ἐπαγαγόμενοι τύραννον κατεστήσαντο.*

Pausanias VI. xix. 6: *κεῖνται δὲ καὶ ἄλλα ἐνταῦθα ἄξια ἐπιμνησθῆναι, μάχαιρα ἡ Πέλοπος χρυσοῦ τὴν λαβὴν πεποιημένη, καὶ εἰργασμένον ἐλέφαντος κέρας τὸ Ἀμαλθείας, ἀνάθημα Μιλτιάδου τοῦ Κίμωνος, ὃς τὴν ἀρχὴν ἔσχεν ἐν Χερρονήσῳ τῇ Θρακίᾳ πρῶτος τῆς οἰκίας ταύτης.*

Pausaniam proclivi errore Miltiadem Cimonis filium et Miltiadem Cypseli filium confudisse, viderunt viri docti.

Miltiades in Chersonesum profectus est non multo post quam Pisistratus summa rerum erat potitus, itaque aut Olymp. LV aut paullo post[1].

Ξενάρχης Φιλανδρίδου Λάκων.

Pausanias loco laudato p. 124 sq.

Περίανδρος Κυψέλου Κορίνθιος.

Ephorus apud Diogenem Laertium I. vii. 2 (96): *Ἔφορος ἱστορεῖ ὡς εὔξαιτο, εἰ νικήσειεν Ὀλύμπια τεθρίππῳ, χρυσοῦν ἀνδριάντα ἀναθεῖναι. νικήσας δὲ καὶ ἀπορῶν χρυσίου, κατά τινα ἑορτὴν ἐπιχώ-*

[1] Grote, History of Greece, IV p. 118 ed. Americ.

ριον κεκοσμημένας ἰδὼν τὰς γυναῖκας, πάντα ἀφείλετο τὸν κόσμον, καὶ ἔπεμψε τὸ ἀνάθημα.

Iure dubitatum est de Periandri victoria Olympica quum alias alii scriptores tradant ponendae statuae aureae causas, aliique cum Ephoro Periandro, alii Cypselo eam tribuant[1].

Πολυκλῆς Λάκων.

Pausanias VI. I. 7, ubi Spartanos quosdam enumerat quibus victoriae curules obtigere: Πολυκλῆς δ' ἐπίκλησιν λαβὼν Πολύχαλκος τεθρίππῳ μὲν καὶ οὗτος ἐκράτησεν, ἡ δ' εἰκὼν ἐπὶ τῇ χειρὶ ἔχει οἱ τῇ δεξιᾷ ταινίαν · παρὰ δ' αὐτῷ παιδία δύο τὸ μὲν τροχὸν κατέχει, τὸ δ' αἰτεῖ τὴν ταινίαν . ἐνίκησε δ' ὁ Πολυκλῆς ἵπποις, ὡς τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπ' αὐτῷ λέγει, καὶ Πυθοῖ καὶ Ἰσθμοῖ τε καὶ Νεμέᾳ.

Πολυπείθης Καλλιτέλους Λάκων.

Pausanias loco laudato p. 110.

Τηλέμαχος Ἠλεῖος.

Pausanias VI. XIII. 11: Ἠλείοις δ' ἀνδράσιν Ἀγαθίνῳ τε τῷ Θρασυβούλου καὶ Τηλεμάχῳ, Τηλεμάχῳ μὲν ἐφ' ἵππων νίκῃ γέγονεν ἡ εἰκών, Ἀγαθῖνον δ' ἀνέθεσαν Ἀχαιοὶ Πελληνεῖς.

Τίμων Ἠλεῖος.

Pausanias VI. II. 8: ἐν δὲ τῇ Ἄλτει παρὰ τὸν τοῦ Τιμοσθένους ἀνδριάντα ἀνάκειται Τίμων καὶ ὁ παῖς τοῦ Τίμωνος Αἴσυπος, παιδίον ἐφ' ἵππῳ καθήμενον. ἔςι γὰρ δὴ καὶ ἡ νίκη τῷ παιδὶ ἵππου κέλητος, ὁ Τίμων δ' ἐφ' ἅρματι ἀνηγορεύθη. τῷ δὲ Τίμωνι εἰργάσατο καὶ τῷ παιδὶ τὰς εἰκόνας Δαίδαλος Σικυώνιος, ὃς καὶ ἐπὶ τῇ Λακωνικῇ νίκῃ τὸ ἐν τῇ Ἄλτει τρόπαιον ἐποίησεν Ἠλείοις.

Daedalus floruit c. Olymp. XCV sqq.[2].

Idem VI. XII. 6: Τίμωνι δὲ τῷ Αἰσύπου[3] καθέντι ἐς Ὀλυμπίαν ἵππους, ἀνδρὶ Ἠλείῳ cet. Quae sequuntur lacunosa sunt et misere

---

[1] Vid. Plato *Phaedr.* p. 236 B, Strabo VIII. III. 30 p. 353 Casauboni, Aristoteles *Oeconom.* II p. 1346 Bekkeri, Pausanias V. II. 3, Agaclytus et Didymus apud Photium et Suidam v. *Κυψελιδῶν ἀνάθημα*.

[2] Brunn, Geschichte der Griech. Künstler, I p. 278.

[3] Sic pro *Αἰγύπτου* coniecit Krause.

corrupta; describitur autem currus in memoriam huius victoriae dicatus.

Dubium est an statua, quam capite II Pausanias commemorat, eiusdem Timonis sit, cuius capite XII currum describit. Si diversi sunt, ille avus fuerit, hic nepos.

.... Θηβαῖος.

Pindarus *Pyth.* XI (quo carmine celebratur Pythica victoria Thrasydaei Thebani) vs. 46 sq. inter victorias a Thrasydaei gente reportatas unam quoque Olympicam quadrigis partam recenset.

Est igitur anonymi huius victoria Olympica ante Pythicam Thrasydaei reportata; verum haec quando obtigerit, ambigitur. Boeckhius[1] eam adsignat Olympiadi LXXV, 3, Rauchenstein[2] Olympiadi LXXIX, 3, Tycho Mommsen[3] Olympiadi LXXX, 3.

ΚΕΛΗΣ.

Αἴσυπος Τίμωνος (Ἠλεῖος?)
Vid. supra p. 148.

Ἐχεκρατίδας Θεσσαλός.

Plinius X. LXIII. 83 § 181: *vicisse Olympia praegnantem* (equam) *Echecratidis Thessali invenimus.*

Idem forte est ac Ἐχεκρατίδας ὁ Θεσσαλῶν βασιλεύς, cuius filium Oresten exsulantem Athenienses frustra restituere conati sunt paullo ante Periclis expeditionem contra Sicyonios[4], quam suscepit Olymp. LXXXI, 3[5].

Principibus Thessalis victorias circenses obtigisse testis est Theocritus *Idyll.* XVI. 46 sq.:

τιμᾶς δὲ καὶ ὠκέες ἔλλαχον ἵπποι,
οἵ σφισιν ἐξ ἱερῶν στεφανηφόροι ἦνθον ἀγώνων.

---

[1] In Explicat. ad Pind. Pyth. XI, p. 337.
[2] In Philologo I p. 193 sqq.
[3] De vita Pindari p. 62 sqq.
[4] Thucydides I. 111.
[5] Clinton, Fasti Hellenici, II p. 48 ed. 2ae.

Κλεογένης Σιληνοῦ Ἠλεῖος.

Pausanias VI. I. 4: Κλεογένην δὲ Σιληνοῦ τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπ' αὐτῷ φησιν εἶναι τῶν ἐπιχωρίων, ἐκ δ' ἀγέλης αὐτὸν οἰκείας ἵππῳ κρατῆσαι κέλητι.

Κρόκων Ἐρετριεύς.

Pausanias VI. XIV. 4: Νικασύλου δὲ τῆς εἰκόνος ἵππος τ' οὐ μέγας ἔχεται χαλκοῦς, ὃν Κρόκων Ἐρετριεὺς ἀνέθηκεν ἀνελόμενος κέλητι ἵππῳ ςέφανον.

Ξενόμβροτος Κῷος.

Pausanias loco laudato p. 135.

Quum Xenombroti et Xenodici statuae Olympicae eodem tempore factae sint, sequitur victorias quoque Olympicas non longo intervallo a se distare. Verisimile est Xenombrotum fuisse Xenodici patrem. Philotimus Aegineta, qui teste **Pausania** statuam eius fabricatus est, aliunde non est notus.

Παντάρκης Ἠλεῖος.

Pausanias VI. XV. 2: Παντάρκη δ' Ἠλεῖον Ἀχαιῶν ἀνάθημα εἶναι τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπ' αὐτῷ φησίν· εἰρήνην τε γὰρ Ἀχαιοῖς ποιῆσαι καὶ Ἠλείοις αὐτὸν καὶ ὅσοι παρ' ἀμφοτέρων πολεμούντων ἑαλώκεσαν ἄφεσιν καὶ τούτοις γενέσθαι δι' αὐτόν· οὗτος ἀνείλετο καὶ κέλητι ἵππῳ νίκην ὁ Παντάρκης, καί οἱ καὶ τῆς νίκης ὑπόμνημά ἐςιν ἐν Ὀλυμπίᾳ.

Videtur Pantarces ab Eleis missus fuisse in concilium quo bellum sociale Achaeorum compositum est, Olymp. CXL, 3[1].

Φειδώλας Κορίνθιος.

Pausanias VI. XIII. 9: ἡ δ' ἵππος ἡ τοῦ Κορινθίου Φειδώλα ὄνομα μέν, ὡς οἱ Κορίνθιοι μνημονεύουσιν, ἔχει Αὔρα, τὸν δ' ἀναβάτην ἔτι ἀρχομένου τοῦ δρόμου συνέπεσεν ἀποβαλεῖν αὐτήν, καὶ οὐδέν τι ἧσσον θέουσα ἐν κόσμῳ περί τε τὴν νύσσαν ἐπέςρεφε καὶ ἐπεὶ τῆς σάλπιγγος ἤκουσεν ἐπετάχυνεν ἐς πλέον τὸν δρόμον, φθάνει τε δὴ ἐπὶ τοὺς Ἑλλανοδίκας ἀφικομένη καὶ νικῶσα ἔγνω καὶ παύεται τοῦ δρόμου. Ἠλεῖοι δ' ἀνηγόρευσαν ἐπὶ τῇ νίκῃ τὸν Φειδώλαν καὶ ἀναθεῖναί οἱ τὴν ἵππον ταύτην ἐφιᾶσιν.

Phidolae filii eodem certamine palmam tulerunt Olymp. LXVIII.

---

[1] **Polybius** V. 102—105.

ΣΥΝΩΡΙΣ.

Ἑρμοκράτης Ἀντιφῶντος Ἀθηναῖος.

Inscriptio Attica apud Rangabé, Antiq. Hellén. ou Répert. d'Inscr. cet., n. 984 Vol. II p. 703: (Ἑ)ρμοκράτης Ἀντιφῶντος Κριωεὺς ἀνέθηκε (ν)ικήσας Ὀλυμπίασιν ἵππων ξυνωρίδι.

» Le caractère des lettres indique le bon temps d' Athènes." Rangabé.

Εὐρυλεωνὶς Λάκαινα.

Pausanias III. xvii. 6: πρὸς δὲ τῷ σκηνώματι ὀνομαζομένῳ γυναικός ἐστιν εἰκών, Λακεδαιμόνιοι δὲ Εὐρυλεωνίδα λέγουσιν εἶναι, νίκην δ' ἵππων συνωρίδι ἀνείλετο Ὀλυμπικήν.

Euryleonis post Cyniscam vicerit necesse est; cf. testes laudati p. 143.

ΑΠΗΝΗ.

Ἀναξίλας Κρητίνου Ῥηγῖνος.

Aristoteles in *Rheginorum Republ.* de hac victoria egit; unde Heraclides Polit. XXV p. 21 Schneidewini: ἐτυράννησε δ' αὐτῶν Ἀναξίλας Μεσσήνιος· καὶ νικήσας Ὀλύμπια ἡμιόνοις εἱστίασε τοὺς Ἕλληνας. καί τις αὐτὸν ἐπέσκωψεν εἰπών· οὗτος τί ἂν ἐποίει νικήσας ἵπποις; ἐποίησε δὲ καὶ ἐπινίκιον Σιμωνίδης (in Bergkii Poet. Lyr. Graec. p. 872 ed. 2ae):

Χαίρετ' ἀελλοπόδων θύγατρες ἵππων.

(καίτοι καὶ θυγατέρες ὄνων[1]) ἐγένοντο. Et Pollux V. 75: Ἀναξίλας ὁ Ῥηγῖνος οὔσης, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν, τῆς Σικελίας τέως ἀγόνου λαγῶν, ὁ δ' εἰσαγαγών τε καὶ θρέψας, ὁμοῦ δὲ καὶ Ὀλύμπια νικήσας ἀπήνῃ, τῷ νομίσματι τῶν Ῥηγίνων ἐνετύπωσεν ἀπήνην καὶ λαγών.

Idem *Rhetor.* III. 2 p. 1405 *b* Bekkeri: ὁ Σιμωνίδης, ὅτε μὲν ἐδίδου μισθὸν ὀλίγον αὐτῷ ὁ νικήσας τοῖς ὀρεῦσιν, οὐκ ἤθελε ποιεῖν ὡς δυσχεραίνων εἰς ἡμιόνους ποιεῖν, ἐπεὶ δ' ἱκανὸν ἔδωκεν, ἐποίησε·

Χαίρετ' ἀελλοπόδων θύγατρες ἵππων.

καίτοι καὶ τῶν ὄνων θυγατέρες ἦσαν.

Anaxilaus Cretinae filius fuit teste Herodoto VII. 165. Vixisse eum regnante Dario et Xerxe Bentleius[2] et aliis argumentis de-

[1] Sic lacunam supplevit Schneidewin in Comment. ad h. l. p. 94.

[2] Resp. ad C. Boyl. p. 84 sqq. versionis Latinae.

monstravit, et hoc, quod Olympiae vicerit curru mulari, certamine adscito Olymp. LXX, abiecto Olymp. LXXXIV.

ΣΑΛΠΙΓΚΤΗΣ.

Δημοσθένης Μιλήσιος.

Crinagoras in Anthol. Graec. VI. 350:

Τυρσηνῆς κελάδημα διαπρύσιον σάλπιγγος
πολλάκι Πισαίων ςρηνὲς ὑπὲρ πεδίων
φθεγξαμένης, ὃ πρὶν μὲν ἔχει χρόνος ἐν δυσὶ νίκαις.
εἰ δὲ σὺ καὶ τρισσοὺς ἤγαγες ἐς ςεφάνους,
ἀςὸς Μιλήτου Δημόσθενες, οὔποτε κώδων
χάλκεος ἤχησεν πλειοτέρῳ ςόματι.

Crinagoras Augusti aequalis fuit [1].

Ἡρόδωρος Μεγαρεύς.

Athenaeus X. 7 p. 414 Casauboni: Ἀμάραντος ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν τοῖς περὶ σκηνῆς Ἡρόδωρόν φησι, τὸν Μεγαρέα σαλπιγκτήν, γενέσθαι τὸ μὲν μέγεθος πηχῶν τριῶν καὶ ἡμίσους, εἶναι δὲ τὰς πλευρὰς ἰσχυρόν. Et post pauca p. 415: Ἄργος γοῦν πολιορκοῦντος Δημητρίου τοῦ Ἀντιγόνου, οὐ δυναμένων τῶν ςρατιωτῶν τὴν ἑλέπολιν προσαγαγεῖν τοῖς τείχεσι διὰ τὸ βάρος, ταῖς δύο σάλπιγξι σημαίνων, ὑπὸ τῆς ἀδρότητος τοῦ ἤχου τοὺς ςρατιώτας ἠνάγκασε προθυμηθέντας προσαγαγεῖν τὴν μηχανήν . ἐνίκησε δὲ τὴν περίοδον δεκάκις, καὶ ἐδείπνει καθήμενος, ὡς ἱςορεῖ Νέςωρ ἐν τοῖς θεατρικοῖς ὑπομνήμασιν.

Pollux IV. 89: καὶ μὴν ὅ γε Μεγαρεὺς Ἡρόδωρος ὁπότε σαλπίζοι χαλεπὸν ἦν αὐτῷ πλησιάζειν πληττομένους διὰ μέγεθος πνεύματος· ἑπτακαίδεκα δὲ περιόδους ἀνείλετο τῶν ςεφανιτῶν ἀγώνων. ἦν δὲ μέγεθος μὲν τεττάρων πήχεων, cet. In sequentibus eandem historiam de Argorum obsidione tradit, quam Athenaeus.

Demetrius Poliorcetes Argos cepit Olymp. CXIX [2].

Λούκιος Κοσίννιος Γαϊανὸς Ἐφέσιος.

Inscriptio Ephesia, in Boeckhii Corp. Inscript. n. 2983 T. II p. 612, catalogum exhibet ministrorum sacris operantium; in his:

Λ. Κοσίννιος Γαϊανὸς ἱεροσαλπίκτης Ὀλυμπιονείκης.

---

[1] Clinton, Fasti Hellenici, III p. 554 ed. 2ae.

[2] Plutarchus *Demetr.* XXV; cf. Diodorus Siculus XX. 102 sq.

ΚΗΡΤΞ.

Ἀρχίας Εὐκλέους Ὑβλαῖος τρὶς ἑξῆς.

Pollux IV. 92: *πρότερον δ' Ὀλυμπίασι τῶν ἐπιχωρίων κηρυττόντων, οἳ ταῖς ἱερουργίαις ὑποδιηκονοῦντο, πρῶτος τῶν ξένων ἠγωνίσατο τὰ Ὀλύμπια Ἀρχίας Ὑβλαῖος, καὶ τρεῖς Ὀλυμπιάδας ἐφεξῆς ἐνίκα. ἐνίκα δὲ καὶ Πυθοῖ, καὶ εἰκών τις ἦν αὐτῷ Πυθικὴ καὶ ἐπίγραμμα* (Anthol. Graec. append. 572):

Ὑβλαίῳ κήρυκι τόδ' Ἀρχίᾳ Εὐκλέος υἱῷ
δέξαι ἄγαλμ' εὔφρων., Φοῖβ', ἐπ' ἀπημοσύνῃ,
ὃς τρὶς ἐκήρυξεν τὸν Ὀλυμπίᾳ αὐτὸς ἀγῶνα,
οὔθ' ὑπὸ σαλπίγγων, οὔτ' ἀναδείγματ' ἔχων.

INCERTO CERTAMINE.

Ἀγαθῖνος Θρασυβούλου Ἠλεῖος.

Pausanias, loco laudato p. 148, Agathini statuam Olympicam commemorat a Pellenensibus positam; dubium tamen an propter victoriam Olympicam.

Ἀθήναιος Ἀθηναῖος.

Inscriptio Eleusinia in Boeckhii Corp. Inscript. n. 406 T. I p. 450 designat *(Ἀθ)ήναιον, τ(ὸν) καὶ Ἐπ(αφ)ρόδειτον, (Ἀ)θην(αῖ)ου περιοδο(νεί)κου υ(ἱό)ν, Φλυέα.*

Videtur gymnico certamine vicisse viros.

Πόπλιος Αἴλιος Ἀλκανδρίδας Δαμοκρατίδα Λάκων δίς.

Inscriptio Spartana in Boeckhii Corp. Inscript. n. 1364 *a* T. I. p. 663 designat *Πο. Αἴλ. Ἀλκανδρίδαν Δαμοκρατίδα, ἀρχιερέα τοῦ Σεβαςοῦ, φιλοκαίσαρα καὶ φιλόπατριν, β' περιοδονείκην*, cet.

Videatur ergo lucta palmas tulisse; quamquam hac aetate non valde mirarer Lacedaemonium pugilatu vel pancratio certantem.

Huius Alcandridae pater aut filius, P. Aelius Damocratidas Alcandridae filius, *πλειςονείκης παράδοξος* dicitur in *inscriptionibus Spartanis* in Boeckhii Corp. Inscript. n. 1363 et 1364 *b* T. I p. 663 et in Rossii Inscript. Graec. ined. n. 13 (et 14) p. 8 fascic. I. Qui si Olympicam palmam tulisset, non fuisset hoc a tituli auctore omissum.

Διονυσόδωρος Θηβαῖος.

Arrianus *Anab.* II. xv. 2: Alexander τοὺς πρέσβεις τῶν Ἑλλήνων οἳ πρὸς Δαρεῖον πρὸ τῆς μάχης (ad Issum, Olymp. CXI, 4 [1]) ἀφιγμένοι ἦσαν, ἐπεὶ καὶ τούτους ἑαλωκέναι ἔμαθε, παρ' αὐτὸν πέμπειν ἐκέλευσεν. ἦσαν δ' Εὐθυκλῆς μὲν Σπαρτιάτης, Θεσσαλίσκος δ' Ἰσμηνίου καὶ Διονυσόδωρος Ὀλυμπιονίκης Θηβαῖοι, cet. Post pauca § 4 Dionysodorum ab Alexandro dimissum narrat cum alias ob causas, tum ἐπὶ τῇ νίκῃ τῶν Ὀλυμπίων.

Εὐρυμένης Σάμιος.

Porphyrius *vit. Pythag.* 15: χρόνον δέ τινα αὐτοῦ (Sami) διατρίβων (ὁ Πυθαγόρας) Εὐρυμένους τοῦ Σαμίου ἀθλητοῦ ἐπεμελεῖτο, ὃς τῇ Πυθαγόρου σοφίᾳ, καίτοι σμικρὸς τὸ σῶμα ὤν, πολλῶν καὶ μεγάλων ἐκράτει καὶ ἐνίκα Ὀλυμπίασιν.

Fuerit igitur haec victoria aut pugilatu, aut lucta reportata, aut pancratio.

Eundem athletam commemorat Favorinus apud Diogenem Laertium VIII. i. 12 (12); nulla tamen, quatenus eum Diogenes descripsit, Olympiae victoriae facta mentione.

Κλαύδιος Ἀπολλώνιος.

Inscriptio Romana in Boeckhii Corp. Inscript. n. 5910 T. III p. 782: ἡ ἱερὰ ξυστικὴ σύνοδος τῶν περὶ τὸν Ἡρακλέα ἀθλητῶν ἀνέστησαν ἐν τῇ βασιλίδι Ῥώμῃ μνήμης χάριν Κλ. Ῥοῦφον, τὸν καὶ Ἀπολλώνιον, Πεισαῖον, δὶς περίοδον, καὶ υἱὸν Κλ. Ἀπολλωνίου Ζμυρναίου, ὃς καὶ διάδοχος ἐγένετο τοῦ ἰδίου πατρός, καὶ αὐτοῦ περιόδου τελείου ἀνδρῶν τῆς ἀρχιερωσύνης τοῦ σύμπαντος ξυστοῦ · οὗτος δὲ ἐγένετο καὶ γένους ὑπατικῶν.

Synodus ista athletarum Romae degebat Hadriano et Antonino Pio imperantibus [2].

Κλαύδιος Ῥοῦφος, ὁ καὶ Ἀπολλώνιος, δίς.

Inscriptio Romana modo laudata.

Κοννᾶς.

Scholiasta Aristophanis ad Eq. 534 (ὥσπερ Κοννᾶς, στέ-

[1] Clinton, Fasti Hellenici, II p. 152 ed. 2ae.

[2] Boeckhius ad Corp. Inscript. n. 5906 T. III p. 779 sq.

φανον μὲν ἔχων αὖον, δίψῃ δ' ἀπολωλώς): ὁ Κοννᾶς αὐλητὴς ἦν, ὃς εἰς συμπόσια παρῄει συνεχῶς ἐςεμμένος. οὗτος 'Ολυμπιονίκης γενόμενος καὶ πολλάκις ςεφανωθεὶς, πενιχρὸς ἦν μηδὲν ἔχων ἀλλ' ἢ τὸν κότινον. ἐφ' οὗ Κρατῖνος εἶπεν·

ἔσθιε καὶ σῇ γαςρὶ δίδου χάριν, ὄφρα σε λιμὸς
ἐχθαίρῃ, Κοννᾶς δὲ πολυςέφανός σε φιλήσῃ.

Eadem **Suidas** v. Κοννᾶς.

At αὐλητῶν ἀγὼν Olympiae non habebatur. Forte σαλπιγκτὴν vicit.

Λακράτης Λάκων.

Xenophon *Hellen.* II. IV. 33 (ubi versatur in historia τῆς ἀναρχίας τῆς πρὸ Εὐκλείδου): ἐνταῦθα δ' ἀποθνήσκει Χαίρων τε καὶ Θίβραχος, ἄμφω πολεμάρχω, καὶ Λακράτης ὁ 'Ολυμπιονίκης καὶ ἄλλοι οἱ τεθαμμένοι Λακεδαιμονίων πρὸ τῶν πυλῶν ἐν Κεραμεικῷ.

Λεώφρων (τεθρίππῳ?).

Athenaeus I. 5 p. 3 Casauboni: τὸ αὐτὸ (ἑςιᾶν πᾶσαν τὴν πανήγυριν) ἐποίησε καὶ Λεώφρων 'Ολυμπίασιν, ἐπινίκιον γράψαντος τοῦ Κείου Σιμωνίδου.

Suidas v. 'Αθήναιος Athenaeum descripsit.

Μελαγκόμας ἐκ Καρίας (πυγμήν?).

Dio Chrysostomus *Orat.* XXVIII et XXIX laudat Melancomam pugilem, Olympionicae cognominis filium. *Orat.* XXVIII p. 534: καὶ τὸν πατέρα ἐνδοξότατον ὄντα, τὸν Μελαγκόμαν ἐκεῖνον τὸν ἀπὸ τῆς Καρίας, ἄλλους τ' ἀγῶνας καὶ 'Ολυμπίασι νικήσαντα, οὐδέπω ἀνὴρ ὢν ὑπερεβάλετο. *Orat.* XXIX p. 537: ὁ γὰρ πατὴρ αὐτοῦ τῶν κατ' αὐτὸν διήνεγκε τοῖς καλλίςοις, εὐψυχίᾳ καὶ ῥώμῃ. δηλοῦσι δ' αἱ νῖκαι ἃς ἐνίκησε καὶ 'Ολυμπίασι καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἀγῶσιν.

Πλάτων 'Αρίςωνος 'Αθηναῖος (πάλην?).

Vit. Plat. p. 6 Westermanni in append. ad Diog. Laert. ed. Didot: γυμναςῇ δ' 'Αρίςωνι ἐφοίτησεν· καὶ γὰρ καὶ τούτου πολλὴν ἔθετο πρόνοιαν, ὡς καὶ δύο ἀγῶνας αὐτὸν νικῆσαι, 'Ολύμπιά τε καὶ Νέμεα.

Quinimo, si huiusmodi testimoniis credendum est, περιοδονίκην Platonem habebimus. Nam **Apuleius** *de dogm. Plat.* I. 2 Pythia eum et Isthmia certasse tradit. **Diogenes Laertius** III. 5 (4):

ἐγυμνάσατο δὲ παρ' Ἀρίστωνι τῷ Ἀργείῳ παλαιστῇ ..... εἰσὶ δ' οἳ καὶ παλαῖσαί φασιν αὐτὸν Ἴσθμοῖ, καθὰ καὶ Δικαίαρχος ἐν πρώτῳ περὶ βίων, nulla facta Olympicae aut Nemaeae victoriae mentione.

Σεραπίων Σεραπίωνος Μάγνης ἀπὸ Σιπύλου.

Inscriptio Tralliana in Boeckhii Corp. Inscript. n. 2933 T. II p. 589: ἐπιμεληθέντων Σεραπίωνος τοῦ Σεραπίωνος Μάγνητος ἀπὸ Σιπύλου Ὀλυμπιονίκου καὶ Τιβ. Κλαυδίου Σπερχειοῦ.

Φάϋλλος (ὁπλίτην?).

Scholiasta Aristophanis ad Acharn. 214: Φαΰλλῳ] ὁ Φάϋλλος δρομεὺς ἄριστος ([1] Ὀλυμπιονίκης, ὁπλιτοδρόμος περιώνυμος, ὃν ἐκάλουν ὁδόμετρον. ἦν δὲ καὶ πένταθλος.) ἐφ' οὗ καὶ ἐπίγραμμα τοιόνδε·

πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα πόδας πήδησε Φάϋλλος,
δίσκευσεν δ' ἑκατὸν πέντ' ἀπολειπομένων.

(ἐγένετο δὲ καὶ ἕτερος ἀθλητὴς ὀγδόην Ὀλυμπιάδα νικήσας, καὶ τρίτος λωποδύτης.)

Suidas v. Φάϋλλος eadem tradit.

Clarissimus quinquertio fuit Phayllus Crotoniata, in quem epigramma laudatum a Scholiasta et a quo proverbium ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν derivant lexicographi et paroemiographi. Hunc quoque spectavit Aristophanes; sed is ab Herodoto, qui VIII. 47 Pythicas eius victorias commemorat, Olympiae vicisse non traditur; a Pausania X. IX. 1 Olympiae non vicisse traditur.

Si verum est alium eiusdem nominis athletam Olympiae (cursu armato?) vicisse, corruptus tamen est numerus octonarius.

Φίλιππος Βουτακίδα Κροτωνιάτης.

Herodotus V. 47: συνέσπετο δὲ Δωριέϊ καὶ συναπέθανε Φίλιππος ὁ Βουτακίδεω Κροτωνιήτης ἀνήρ, ... ἐών τε Ὀλυμπιονίκης καὶ κάλλιστος Ἑλλήνων τῶν κατ' ἑωυτόν.

Dorieus cum suis periit c. Olymp. LXV[2].

---

[1] Uncis inclusa absunt a codice Ravennate.

[2] Clinton, Fasti Hellenici, II p. 207 ed. 2ae.

.... Ἀργεῖος.

Aristoteles *Rhetor.* I. 7 p. 1365a Bekkeri: *ὅθεν καὶ τὸ ἐπίγραμμα τῷ Ὀλυμπιονίκῃ·*

πρόσθε μὲν ἀμφ' ὤμοισιν ἔχων τραχεῖαν ἄσιλλαν
ἰχθῦς ἐξ Ἄργους εἰς Τεγέαν ἔφερον.

.... Κροτωνιάτης.

Aelianus *Var. Hist.* IX. 31: *ἀθλητὴς Κροτωνιάτης Ὀλυμπιονίκης ἀπιὼν πρὸς τοὺς Ἑλλανοδίκας ἵνα λάβῃ τὸν ϛέφανον, ἐπίληπτος γενόμενος ἀπέθανε κατενεχθεὶς μετὰ τοῦ πτώματος.*

.... Μεγαρεύς.

Inscriptio Megarica in Boeckhii Corp. Inscript. n. 1068 T. I p. 564 victorias enumerat ab athleta, cuius nomen periit, in variis ludis reportatas; in his: *Ὀλύμπια ἐν Πείσῃ.*

Inscriptio Hadriano imperatore recentior est [1].

---

[1] Boeckhius ad hanc inscript. p. 565.

ADDENDA ET CORRIGENDA.



P. 7.

Pro *δόλιχος* l. *δολιχός*. Idem vitium passim tollendum. Est enim *δολιχός* hoc sensu *adiectivum;* intelligitur *δρόμος*. Arcadius *de accent.* p. 85 Barkeri: *τὰ εἰς χος ὑπερδισύλλαβα προπαροξύνεται, σόμαχος, βάτραχος, σωτήριχος, δόλιχος τὸ ὄσπριον, δολιχός δ' ὁ μακρός.* Anonymus *περὶ ποσότητος* p. 294 Crameri in Anecd. Graec. Oxon. vol. II: *δόλιχος τὸ ὄσπριον· τὸ γὰρ ἐπίθετον ὀξύνεται· οἷον δολιχὸς ὁ μακρός.* Falsus est Suidas: *Δόλιχος τὸ ὄσπριον καὶ τὸ ὄνομα τοῦ δρόμου προπαροξυτόνως, δολιχὸς δὲ τὸ ἐπίθετον, ὁ μακρός, ὀξυτόνως*, nam *δολιχὸς τὸ ὄνομα τοῦ δρόμου* est *ἐπίθετον*. Idem vitium corrigendum in Stephaniani Thesauri ed. Paris.

P. 28, nota 1.

Non tam confidenter Hermanni de Hippoclea Hippocleae, non Phriciae, filio sententiam probassem, si legissem ea quibus Tycho Mommsen Schmidii coniecturam defendit in Rhein. Mus. N. F. IV p. 547 sqq. Quamquam mihi quidem vir doctissimus non persuasit. Ipse enim, postquam p. 550 sqq. disquisivit de articuli cum nominibus propriis iuncti usu Pindarico, fatetur p. 553: *Man sieht nach allem Diesem, dasz die Lesart τὸν Ἱπποκλέαν = diesen unsern H., ihre Schwierigkeiten hat, obwohl man unter* N°. 1 *einige Analogien finden wird.* At sub N°. 1 duo tantum vere analoga exempla afferuntur: 1° Nem. II. 13 *ἁ Σαλαμίς γε*, de quo tamen loco ipse Mommsen p. 551: *wie sich dies zu V.* 8. *ταῖς μεγάλαις ... Ἀθάναις verhält, ist noch nicht klar;* 2° Nem. V. 44 *ἁ Νεμέα μέν*, de quo tamen loco ipse fatetur: *die Struktur ist da sehr unvollkommen.*

P. 36, nota 1.

De Theagene vid. quoque Dio Chrysostomus *Orat.* XXXI p. 617 sq.: *Θεαγένης ἦν Θάσιος ἀθλητής· οὗτος ἐδόκει ῥώμῃ διενεγκεῖν τοὺς καθ' αὑτόν, καὶ δὴ σὺν ἑτέροις πολλοῖς καὶ τὸν Ὀλυμπίασι τρὶς εἰλήφει στέφανον.*

Sed si Pausaniae fides, Theagenes tria quidem certamina *ἀπεγράψατο* (Olymp. LXXV pugilatum et pancration, Olymp. LXXVI solum pancration), sed duas tantummodo palmas tulit.

P. 37, nota 1.

Simonides in Anthol. Planud. I. 2, in Bergkii Poet. Lyr. Graec. p. 917 ed. 2ae:

γνῶθι Θεόγνητον προσιδών, τὸν Ὀλυμπιονίκαν
παῖδα, παλαισμοσύνας δεξιὸν ἡνίοχον,
κάλλιστον μὲν ἰδεῖν, ἀθλεῖν δ' οὐ χείρονα μορφῆς,
ὃς πατέρων ἀγαθῶν ἐστεφάνωσε πόλιν.

In his *Θεόγνητον* speciosa admodum Schneidewini coniectura est pro *Θεόκριτον*, quod vitiosum esse demonstrant numeri.

P. 38, nota 4.

Theronis nomen reponendum est apud Servium ad Virgil. Aeneid. III. 704, ubi editur: *quidam autem dicunt Heronem Agrigentinum, vel ut alii ferunt Dionysium tyrannum Siciliae equos ad agones Elidis Olympicos duxisse, et omnes vicisse.* Quae fama de Dionysio quam falsa sit, vide apud Diodorum Siculum XIV. 109.

P. 41, nota 2.

Superest basis statuae Athenis in Calliae memoriam positae, cum hac inscriptione:

Καλλία[ς Διδυμίου ἀνέθηκε,]
νικ(ήσα)ς
Ὀλ(υμπ)ιασι,
Πύθια δίς,
Ἴσθμια πεντάκις,
Νέμεια τετράκις,
Παναθήναια μεγ(ά)λ(α).

Edidit inscriptionem Rangabé, Antiq. Hellén. ou Répert. d'Inscript. cet., n. 53 Vol. I p. 43, qui et lacunas supplevit. Versu primo post *Διδυμίου* nomen demi unde athleta oriundus erat periisse videtur.

P. 43, nota 2.

Pro *Πεισίρροθος* l. *Πεισίρροδος*. Cf. p. 135.

P. 91, nota 4.

Pugil quidam Alexandrinus, cui Heraclides nomen, commemoratur apud Plutarchum *Sympos.* I. 6 p. 624 ed. Londin.: *ἐκ τούτου περὶ τῶν πολὺ πιόντων ἦν ὁ λόγος· ἐν οἷς καὶ τὸν πύκτην Ἡρακλείδην ἐτίθεσαν, ὃν Ἡρακλῆν Ἀλεξανδρεῖς ὑπεκορίζοντο, κατὰ τοὺς πατέρας ἡμῶν γενόμενον.* Vehementer tamen dubito propter postrema verba num hic idem sit qui apud Pausaniam. Nam Heraclides Pausaniae victoriam Olympicam reportavit quatuor vel quinque decenniis post Plutarchi natales.

P. 132.

Ἀντίπατρος Κλεινοπάτρου Μιλήσιος.

Pausanias VI. II. 6: *παρὰ δὲ τοῦ Θρασυβούλου τὴν εἰκόνα Τιμοσθένης τ' Ἠλεῖος ἕστηκε ..... καὶ Μιλήσιος Ἀντίπατρος Κλεινοπάτρου παῖδας κατειργασμένος πύκτας. Συρακοσίων δ' ἄνδρες ἄγοντες ἐς Ὀλυμπίαν παρὰ Διονυσίου θυσίαν τὸν πατέρα τοῦ Ἀντιπάτρου χρήμασιν ἀναπείθουσιν ἀναγορευθῆναί οἱ τὸν παῖδα ἐκ Συρακουσῶν· Ἀντίπατρος δὲ* (generosum puerum omisisse pudet) *ἐν οὐδένι τοῦ τυράννου τὰ δῶρα ἡγούμενος ἀνεῖπεν αὑτὸν Μιλήσιον, καὶ ἐπέγραψε τῇ εἰκόνι ὡς γένος τ' εἴη Μιλήσιος καὶ Ἰώνων ἀναθείη πρῶτος ἐς Ὀλυμπίαν εἰκόνα. τούτου μὲν δὴ Πολύκλειτος τὸν ἀνδριάντα εἰργάσατο.*

Est hic minor Polycletus, qui c. Olymp. XCV floruit (Brunn, Geschichte der Griech. Künstler, I p. 280 sq.), nam Dionysius tyrannide potitus est Olymp. XCIII, 3 (Clinton, Fasti Hellenici, II p. 82 ed. 2ae). Diodorus Siculus XIV. 109 memorat splendidam theoriam a Dionysio Olympiam missam, et repulsa quam ab Antipatro Dionysius tulit optime convenit cum vehementi odio quod teste Diodoro ea Olympiade Graeci manifestarunt; mirum igitur non est victoriam Antipatri a viris doctis eidem Olympiadi adsignatam esse, qua Dionysii theoriam tam male Graecum vulgus habuit. Diodorus eam rem narrat sub Olymp. XCVIII. Videndum an recte. Nam ex argumentis quibus adductus Grote (History of Greece, X p. 75 sq. XI p. 34 sqq. ed. Americ.) Olympiadi XCIX eam adsignavit, quaedam admodum gravia sunt.


Quod Antipater in titulo statuae gloriatur, *ὡς Ἰώνων πρῶτος ἀναθείη ἐς Ὀλυμπίαν εἰκόνα*, facit ad aetatem aliorum quorundam Olympionicarum quodammodo definiendam. Pyrilampes igitur (p. 108), Epitherses (p. 119), Herodotus (p. 127), Hermesianax (p. 129), Ageles (p. 131), Athenaeus (p. 132), et si quis alius ex Ionia oriundus statua Olympica ornatus est, omnes post Antipatrum palmam tulerunt.

P. 141.

Δημάδης Δημέου Ἀθηναῖος.

Suidas in voce: *ἱπποτρόφει δὲ καὶ ἠγωνίζετο Ὀλυμπίασι καὶ ἐνίκα.*

Demades senex interfectus est Olymp. CXV, 3 (Clinton, Fasti Hellenici, II p. 167 ed. 2ae).



INDEX OLYMPIONICARUM.

Numeri Romani indicant Olympiadem, Arabici paginam.

B

Γ

Δ

Π

Ρ

Σ

T

Υ

Φ



THESES.

I.

Mendose editur apud Pollucem VIII. 89: *δίκαι δὲ πρὸς αὐτὸν λαγχάνονται κακώσεως, παρανοίας, εἰς διαιτητῶν αἵρεσιν.* Pollux dederat: *εἰς δατητῶν αἵρεσιν.*

II.

Ridicula scriptura est apud eundem VIII. 125: *κατὰ μικρὸν δὲ κατεγελάσθη τὸ τῶν ἐφετῶν δικαςήριον.* Pro *κατεγελάσθη* unice verum est *κατελύθη.*

III.

Misere corruptum est fragmentum Philippidae apud eundem IX. 30: *ὅταν ἐξῆς παραγώγιον ἂν ἐκφέρῃς εἰσπράξομαι.* Corrigendum est:

ὅταν ἐξίῃς
παραγώγιον ὧν ἂν ἐκφέρῃς εἰσπράξομαι.

Ibidem IX. 29 in Philonidae versu pro *παναγεῖς γενεὰν πορνοτελῶναι Μεγαρεῖς* rescribendum est: *παναγὴς γενεά, πορνοτελῶναι, Μεγαρῆς.*

IV.

Non est Graecum quod editur apud Pollucem IX. 79; ὁ δὲ νοῦμμος ..... ἐςὶν Ἑλληνικὸν τῶν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ Δωριέων. Scribendum est νόμος pro νοῦμμος et in fragmentis Epicharmi pro ἄρνες εὑρήσουσι δέ μοι καὶ νούμμους legendum est ἄρνες εὑρησοῦντί μοι δέκα νόμως, et in altero: πρίω μοι δέκα νόμων (pro νούμμων) μόσχον καλάν.

V.

In *Lexico Rhetorico*, quod cum Photio edidit Porsonus, in v. Ὀςρακισμοῦ τρόπος male editur: διακριθηθέντων δὲ (τῶν ὀςράκων) ὅτε πλεῖςα γένοιτο καὶ μὴ ἐλάττω ἑξακισχιλίων τοῦτον ἔδει τὰ δίκαια δόντα καὶ λαβόντα ..... μεταςῆναι τῆς πόλεως ἔτη δέκα ..... μὴ ἐπιβαίνοντα ἐντὸς Πέρα τοῦ Εὐβοίας ἀκρωτηρίου. Legendum est ὅτῳ (pro ὅτε) πλεῖςα γένοιτο, et ἐντὸς Γεραιςοῦ τοῦ Εὐβοίας ἀκρωτηρίου.

VI.

Ibidem in v. Ἀργίας δίκη ubi editur: Δράκων ἦν ὁ θεὶς τὸν νόμον, αὖθις δὲ καὶ Σόλων ἐχρήσατο, θάνατον οὐχ ὁρίσας ὥσπερ ἐκεῖνος, ἀλλ᾽ ἀτιμίαν, ἐάν τις ἁλῶ τίσαι· ἂν δ᾽ ἅπαξ ζημιοῦσθαι δραχμὰς ἑκατόν, emendandum est: ἀτιμίαν ἐὰν τρὶς ἁλῷ τις· ἐὰν δ᾽ ἅπαξ ζημιοῦσθαι δραχμαῖς ἑκατόν.

VII.

Apud Herodotum V. 22 Alexander non ἀγωνιζόμενος sed ἀγωνισάμενος ςάδιον συνεξέπιπτε τῷ πρώτῳ.

VIII.

Ibidem VI. 127 non audiendus est Palmerius, qui (in Exercit. ad h. l.) post Φείδωνος δὲ inseri iussit ἀπόγονος. Frustra quoque Falconeri coniecturam, apud Pausaniam VI. xxii. 2 pro Ὀλυμ-

πιάδι μὲν τῇ η' reponentis *'Ολυμπιάδι μὲν τῇ κη'*, tueri conatus est Weissenborn (Hellen, Beitr. zur Griechischen Alterthumskunde p. 1 sqq).

IX.

Ferre non debebant editores in Herodoto interpretamenta qualia sunt I. 54 *κατ' ἄνδρα δύο ϛατῆρσι [ἕκαϛον] χρυσοῦ*, I. 63 *μετεξέτεροι αὐτῶν [οἱ μὲν] πρὸς κύβους, οἱ δὲ πρὸς ὕπνον* (cf. VII. 84, ubi in codicibus plerisque glossa *ἔνιοι* expulit Herodoti manum *μετεξέτεροι*), I. 141 *αὐτοῦ [Κύρου] δεηθέντος*, VI. 59 *τοῦ πατρὸς [Κίμωνος] αὐτοῦ*, VII. 4 *συνήνεικε αὐτὸν [Δαρεῖον] ἀποθανέειν*, VIII. 121 *αὐτοῦ [ἐς Σαλαμῖνα]*.

X.

Apud eundem III. 10 pro *ἐϛρατοπεδεύετο* legendum *ἐϛρατοπέδευτο*.

XI.

Apud Thucydidem I. 3 in fine legendum: *ἀλλὰ κατὰ ταύτην τὴν ϛρατείαν ..... ξυνῆλθον.*

XII.

Ibidem I. 6: *ἐν τοῖς πρῶτοι δ' Ἀθηναῖοι.* Emendandum *πρώτοις*.

XIII.

Ibidem I. 80: *πρότερον ταῖς ναυσίν*; Reponendum *πότερον*.

XIV.

Ibidem II. 3: *Φυλάξαντες ἔτι νύκτα καὶ αὐτὸ τὸ περίορθρον ἐχώρουν ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐπ' αὐτούς, ὅπως μὴ κατὰ Φῶς θαρσαλεωτέροις οὖσι προσφέρωνται.* Igitur *κατ' αὐτὸ τὸ περίορθρον ἐχώρουν ἐπ' αὐτούς.* In praecedentibus non *ῥᾳδίως κρατῆσαι* Thucydides scripsit, sed *ῥᾳδίως κρατήσειν* aut *ῥᾳδίως ἂν κρατῆσαι*.

XV.

Ibidem II. 4: ἐσπίπτουσιν ἐς οἴκημα μέγα, ὃ ἦν τοῦ τείχους, καὶ αἱ πλήσιον θύραι ἀνεῳγμέναι ἦσαν αὐτοῦ. Transponendum: ὃ ἦν πλήσιον τοῦ τείχους καὶ αἱ θύραι cet.

XVI.

Vocabulum πρόσχημα olim in desuetudinem abiisse docent Lexicographi veteres. Photius v. c. πρόσχημα: προκάλυμμα. Hinc in Platonis *Protag.* p. 316 D verbis πρόσχημα ποιεῖσθαι adhaesit interpretamentum καὶ προκαλύπτεσθαι.

XVII.

Ibid. p. 315 C legendum: εἰ γάρ με τοῦτ' ἤρου, εἶπον ἂν ὅτι σὺ πάντες· τοὺς δ' ἀνδρείους ὡς θαρραλέοι εἰσι cet. deleta vocula οὐ.

XVIII.

Apud Plutarchum *Sol.* xv: οἱ δὲ πλεῖστοι πάντων ὁμοῦ φασι τῶν συμβολαίων γενέσθαι τὴν σεισάχθειαν καὶ τούτοις συνᾴδειν μᾶλλον τὰ ποιήματα. Reponendum συνᾴδει.

XIX.

Particula ἂν apud Atticos scriptores cum Praesenti, Futuro et Perfecto tempore non coniungitur, neque in Indicativo, neque in reliquis modis.

XX.

In Ciceronis orat. *pro Cluent.* XXX. 83 nomen proprium spurium est in his: *cur, cum in consilium mittebant, Stalenum, iudicem cui pecuniam dederant, non requirebant?* Et in his LXII. 176: *post mortem eius Sassia statim moliri nefaria mulier coepit insidias filio.*

XXI.

In eiusdem orat. *pro Caec.* interpretamentum irrepsit III. 8: *etiam si [praetor] is, qui iudicia dat*, cet. Et X. 27: *malum minaretur [hoc est mortem minaretur]*.

XXII.

Ibidem XVIII. 51: *quae iudicia aut stipulationes aut pacti et conventi formula non infirmari aut convelli potest, si ad verba rem deflectere velimus*, cet. Legendum: *quae iudicii aut stipulationis* cet.

XXIII.

In *Antoniana* altera XVI. 41 retinenda sunt verba *ne nomen quidem perscripsit.*

XXIV.

Ibid. XXXVIII. 98: *tantum queror, primum eorum reditus inquinatos esse, quorum causam Caesar dissimilem iudicarit.* Nihil opus est Camerarii coniectura *aequatos* pro *inquinatos.*

XXV.

Optimus quisque liber manuscriptus, veluti *Urbinas* Isocratis, prodest Isocrati, eo quod multis locis veram lectionem servat, sed imprimis prodest aliis scriptoribus, eo quod comparatus cum deterioribus eiusdem scriptoris codicibus docet qualia vitia eos scriptores inquinent, quorum solos deteriores codices possidemus.

XXVI.

Verbum *bruineren* (*brunir*) non significat *fuscum reddere*, sed *polire. Bruin* olim non tantum *fuscum* notabat, sed etiam *fulgens, splendens, micans.*

XXVII.

Adiectivum *tegenwoordig* non ducit originem a substantivo *woord*.

XXVIII.

Wallenstein minime insons fuit proditionis.

XXIX.

So gewisz wir annehmen müssen, dasz es realiter eine vielheit von Dingen, Stoffen, Kräften giebt, so gewisz müssen wir annehmen, dasz die Dinge auch an sich nach Kategorieen unterschieden sind. (Ulrici).



